

00 3c 00/4

E libris

gymnasio Mauritianoo Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

T. o. 483, 3.

D. JOH. CHRISTOPHE.
DOEDERLEIN

ACCESSIONES

AD NOVISSIMAM
SIVE
QUINTAM EDITIONEM
INSTITUTIONIS THEOLOGI
CHRISTIANI

POST QVARTAM
SEPARATIM EDITAE.

CVM PRIVILEGIIS SACR. CAES. MAIESTATIS ET
ELECTORIS SAXONIAE.

NORIMBERGAE ET ALTORFI
SVMTV MONATH ET KVSSLER
MDCCLXXXII.



PRAEFATIO.

Iustis multorum desideriis satisfaciendum putavimus, cum accessiones ad superiorem institutionis theologi chr. editionem, et mutationes libri quinta cura emendati, quas et res et tempus et consilium, literis ac ecclesiae consulendi, suasit, insigniores communicari sibi postularent. Quae res et si nec omnino necessaria videri possit in libro, summam superioris doctrinae conservante; nec incommodis plurimis caret, tamen institui debuit, ne lectores et emtores se parte aliqua studiorum nostrorum defraude-

(2) dari

dari et recentissimis doctrinae et eruditio-
nis fructibus, postquam superiores haud re-
probassent et aere suo redemissent a libra-
rio, sive per invidiam sive aliis ex causis
privari, aegre paterentur et iuste conqueri
possent. Maluimus enim his cedere, quam
aliis, qui, quasi perennantem et immuta-
bilem sive doctrinam nostram, sive librum
nostrum, conservari cuperent atque etiam
optarent: quorum alterum longe abest a
tenuitate nostra, quam perficere laboramus,
a studiis nostrorum temporum, quorum fru-
ctus ad nos lubenter colligimus, ab animo
nostro, in quem nec vana infallibilitatis (ve-
niā petimus verbo) opinio, nec pigra ne-
gligentia acquiescens partis, spernensque
molestias, infedit, nec etiam insidiebit un-
quam. alterum autem, cum ipsi proficiimus
in cognoscenda veritate, iniquissimum fo-
ret adversus lectores nostros, qui nobiscum
ulterius progreedi cupiunt. Sed in hoc
consilio eo temperamento ac delectu uten-
dum putavimus, ut posthabit is levioribus
emen-

emendationibus i. e. iis, quae verba magis quam rem attingerent, cum formulae, interdum obscurae, interdum parum probabiles purioribus et lucidioribus permutandae essent, eas tantum separatim hoc libro curaremus de scribendas, in quibus aut nova sententia proferri debuit, aut pro temporis et controversiarum rationibus addendum aliquid fuit, aut definitio accuratior locum habere visa est.

His igitur utere mecum, Tu, quisquis nobis faves, tum hactenus, ut nostro exemplo admonitus discas, verum veritatis studiosum, (e quo genere theologos omnes esse vehementer opto) minime in prima tenuitate subsistere, nec post aliquot annorum decursum eodem loco haerere iisdem opinionibus ac decretis favere posse, quibus prius adhaesit: tum eo ut lectis hisce accessionibus ad superiorem librum liberaliter diiudices, utrum studium nostrum, perseverans in literis sacris, nos proprius ad

veritatem, ad lucem, quam speramus, deduxerit, an, quod Deus avertat, veritas errore immutata, castitas doctrinae christinae novis opinionibus corrupta fuerit, atque aperta, cui olim operam dedimus, simplicitas, fraudulentae quorundam ambiguati, modestia arrogantiae, libertas servituti, meliora pravis decretis cesserint. Si quid boni, emendati, novi, decerpseris, utere nobiscum: si quid in peius degeneraverit, tuo iudicio: tu superioribus laetare: si plura, ac Tibi obvenerint, nova, si politora, speraveris: reputa, nos nec valde cupidos esse rerum novitate blandientium, nec praecipitare iudicium nostrum de opinionibus theologicis, nec aliis maiora, ac ipsi adhuc fecimus, doctrinae incrementa invidere. Scr. Ienae d. 15. Mai 1792.

D. Ioh. Chr. Doederlein.

PRAE-

PRAEFATIO

AD
EDITIONEM QVINTAM.

Liber iterato edendus, si ad temporum rationes conformari debet, non potuit sine accessionibus et mutationibus multis et variis emitti: praesertim in iis capitibus, quae sive pro ingeniorum studiis diversis magis agitata et excussa, interdum etiam turbata et concussa fuere, sive pro temporum nostrorum felicitate curatius elaborata sunt, et in quibus iam licet sententiam liberius profieri et declarare, quam nobis, loco, tempore, timiditate, (quae maxime decet doctores religionis in doctrina nova vel a communibus decretis aliena proferenda) aliisque causis sat gravibus prohibitibus, tum licuit, cum prima libri Editio prodiret. Itaque nullus fere locus intactus et sine emendatione relictus est; in quibusdam, v. c. de religione Christiana, de inspiratione, de usu V. T. de fide Trinitatis, de Geogonia Mosaica, de Daemonibus multae observationes

no-

novae accesseré: quarum partem lubens gra-
tusque profiteor me debere eruditioni et
perspicaciae Ven. Mori, qui multa pro ne-
cessitate temporum in Epitome tanta cautio-
ne tractavit, tanta diligentia excusſit, tanta
modestia examinavit, tanta solertia ad reli-
gionis consilium revocavit, ut ei non sub-
scribere, ab eo non repetere, quidquid re-
petendum restabat, aut arrogantiae effet eo-
rum hominum, qui sibi omnia vindicant,
aliis nihil deberi putant, aut ingratae mentis
vitium, quae temporum felicitatem et do-
ctorum studia negligit. Itaque confido pe-
nitus, hunc librum, novis curis efformatum,
inter tantas nonnullorum fluctuationes et fi-
dei nostrae pericula duraturum, nec mole
veterum errorum submersurum, nec scopuli-
s novae impietatis adhaesurum esse. Id-
que freti luce temporum, studiis purioribus
plurimorum, qui ad veritatem eriguntur, et
favore divino, qui non deserit veritatis
amantes, omnino speramus. Ienae d. **XV.**
Mart. 1791.



PRO.

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

D E R E L I G I O N E.

Pag. 2.

Obs. 2. post voces: *si pluribus communis et, adde-*
five mutua consensione, five usu et praeescriptione, aucto-
ritatem &c.

Obs. 3. i.ege: eam autem, quae animi sensu, v. c. ad-
miratione, reverentia, gratitudine, amore &c. et actioni-
bus, in primis obsequio, circa Deum occupatur, *practicant*
(Φρονησιν δικαιων Luc. 1, 17.) scholae dicere consueve-
runt. In sacris literis est γνῶστις θεού, (גְּדֹּרְתִּי תְּבוּ),
Φόβος θεού (פָּרָאָתְּ רַאֲתָה), Et. 11, 2. 9. Col. 1, 10.)
δουλεια, ευτελεια, 1. Tim. 3, 16. 2, 4. λατρευειν τῷ
θεῷ, δέξειν τὸν θεόν et al. Ceterum facile intelligi-
tur, quantum religio consipret cum natura et dignitate
animi humani adeoque necessaria sit; quantum decus, quan-
tam utilitatem, non quidem numini, quod non pendet ab
humanis judiciis, nec mortalium cultu eget, sed homini
ipsi adferat; quam iniurii denique in genus humahum fint
abiectione de se sentiant, qui religionis five necessitatem
negant, five veritatem depravant, five commoda depri-
munt.

pag. 4. Obs. 1. l. 10. Ac primum profecto in generis
humani infantia non est incredibile, Deum ipsum, qui et
cognosci vult ab hominibus et coli, rudi atque tardo in-
genio hominum subvenisse, et, cum homines, obruti re-

Död. Acceff

A

iuni

rum externarum mole, difficultius erigantur ad res inad-
spectabiles et a sensibus remotas, nimisque proclives sint
aut ad negligendum numen, aut ad confingenda temere
deorum monstra, provide curasse, ut et notitiae rectae ac
piae suppeterent, et viri existerent, quorum auxilio, in-
stitutione et auctoritate obviam iretur inficitiae ac deprava-
tioni. Qui quidem cum ingenio, vi et notitiis longe
antecellerent reliquos, rudes incultosque, facile ab ipso
numine accepisse vim rationis, institutionis materiam, et
disciplinae puritatem, atque ad notitias suas non suopte in-
genio, contemplanda rerum natura, pervenisse credebantur.
Ab his igitur auctoribus consentaneum est, veritatem
ad alios transferri, reliquorum ingenium excitari, et fe-
mina religionis dispergi. Horum ex spoliis sistema religio-
nis naturalis, quod usu rationis, sibi relictae, omnino con-
strui posse frustra statuitur, exornatum fuisse, omnis histo-
ria testatur. Vicit citius auctoritas, quam ratio: ac pau-
corum, quos numen illustravit, ingenium ad maturitatem
duxit religionis doctrinam, quae posthaec laetius effloruit.
Sed haec &c.

p. 5. lin. 5. Multo autem minus probatur IRWINGI
V. C. hypothesis in l. *Verfuch über den Ursprung der*
Erkenntniß der Wahrheit &c. Berol. 1781. 8.

A fine Obs. 1. adde: cf. VELTHUSEN *Fortgesetzte*
Nachforschungen über den Ursprung der Chr. Rel. Hamb.
1782. 8.

Obs. 2. post verba *apertam*, adde: ac vel his, nostra
inprimis aetate, incertam ac suspectam: vel &c.

p. 5. lin. 27. lege: *Act. 14, 15. 17, 24. sqq.* Quodsi
quis quoque religionem *revelatam* dicere maluerit,

non

non repugnabimus. Namque Deus ipse est, qui ei occasionem dedit, eo quod nos sensibus et animo instruxit, quorum usu contemplari possumus res externas atque ad numinis intelligentiam exinde deduci, et quod in rebus ipsis vestigia virtutis ac maiestatis suae fecit conspicua.

P. 6. lin. II. sic mutata sunt: Atque de altero non ausim quidquam statuere, in tanta historiarum obscuritate, quae quidem notitias de numine et religionem in ipsis generis humani scientiarumque incunabilis ostendunt, origines autem harum idearum minime declarant: alterum unice efficitur e *statu religionis* inter gentes *avocatus*. Sed has intelligimus e rerum gestarum monumentis, generatim omnes, sapientiae quoque laude florentissimas, aut ignorasse penitus ea, quae ad doctrinam cultumque divinum pertinent, aut in his graviter errasse ac puriores maiorum notitias corrupisse, aut tardius et serius progressas fuisse ad veriores et ubiores notitias. Rom. 1, 19. ubi cf. GROTIUS annot. v. et TOB. PFANNERI *syst. theol. gentilis purioris*. Basili. 1679. In primis constat, gentes europacas, quae hodie ceteras praestant cognitionis puritate, haussisse praeceps e disciplina Christiana et revelatione N. T. cuius institutionem cupide arreptam sapientia humana rationi quasi per manus tradidit, ut ea demonstrationem harum rerum e principiis naturalibus tentaret, &c.

P. 6. lin. ult. post voc. *perficiendi* additur: adeoque religio illa vix se, ut vitae morumque sociam et magistrum gerat.

P. 7. Scriptoribus laudatis subiunge: C. LESS *Geschichte der Religion*, Goett. 1786. 8.

A

p. 8. l. 25. Obs. 3. lege: felicitas animi nascitur tum
a dignitatis sensu, enato e persuasione, nos ratione emi-
nere, eaque frui et uti; tum conscientia &c.

p. 9. lin. 8. post verba *habendus est*, infere: Tem-
rarium profecto, ne dum absurdum sit, id, quod a vi ve-
ritatis recte repetitur, quae, uteunque demum innotescat,
animum ornat, adscit, movet, acuit, solatur, erigit,
unice a doctore derivare, qui forte primus veritatem ex-
cogitavit. Maneat, maneat hoc decus veritati, quod per
vim suam intrinsecam, sive a Deo ipso, sive a natura in-
notuerit, decus afferat, virtutem persuadeat, spem sufful-
ciat, atque adeo salutem hominis, quae notiarum praef-
stantia, virtutis elegantia, spei firmitate continetur, plu-
rimum conserat.

p. 9. lin. 22. §. 4. post verba, *ne quiverunt, doce-*
ret adde: et tum discendi celeritatem tum rerum
discendarum copiam adiuvaret.

p. 11. universa periodus: *Subiective dicitur Et c. de-*
leatur.

p. 12. Obs. 4. *Mosaicam* religionis formam, quae
puriiores notias inter pericula et exempla impietatis pro-
fanae, et conservare debuit et augere, diximus a) *divinam*.

Verbiis: *ingenium spirant*, adde: Ac cum nemo vir
magnus, ingenio meritisque pollens sine numine extitit:
quare insolens videatur, divina auctoritate commendari vi-
rum, qui sive docendo animi praefstantia et eruditione,
sive in legibus ferendis sapientia, sive in gente sua libe-
randâ et a barbaris moribus revocanda, virtutis documen-
tis inclaruit. Ceterum non omnia, quae Moses fecit, in-
stituit,

stituit, iussit, auspice Deo, pertinent ad religionem: quae vani et iniurii videntur multorum ausus, cum nimia cupiditate, sine quadam insigni utilitate, Mosis auctoritatem, felicius profecto a Paulo, doctore Christiano, deiecitam et proscriptam, impetunt. Contra quos facilis erit sive defensio sive excusatio et Mosis, a quo humanum omne alienum fuisse, nemo dixerit; et institutorum eius, quae ad illud aevum pertinerent; et factorum eius, in quibus qua virtute, qua arte, quo consilio patrata fuerint, liberum cuique relinquitur iudicium.

p. 13. lin. penultima: *necessitatibus*; adde: sapientissima methodo, cum rebus adspectabilibus et in facto potitis potissimum uteretur ad admonendos homines de veritate, de consiliis suis, de officiis, quae praestari debuere, et al. vide imprimis Ven. s. F. N. MORVS *Progr. de notitia religionis cum rebus experientiae obviis copulata*, Lips. 1788. sqq. (germanice 1791.)

CAPVT SECUNDVM.

DE RELIGIONE CHRISTIANA.

Pag. 16. Obs. 3.

Citatis subiunge: *Epp. Catholicae & I. B. CARPOV. p. 175. Hal. 1790.*

p. 16. lin. 26. §. 4. post verba *ingenium humanum*, adde: vel rationis vi et studiis intenissimis ex cogitat.

p. 17. lin. 5. Obs. 5. lege: abstergere ab eo instituto, quod non modo praecipue docuit hominem, quantum excellat, quibus iuribus utatur, quomodo adipirare possit

ad vitam meliorem, quanam denique ratione plurimis communis omnium salutis impedimenta removeantur, verum etiam veram philosophiam e scholarum adytis ad usum popularem produxit?

Adde: Obs. 5. Huius argumenti vis ut intelligatur, singulae partes doctrina Christianae tum accurate cognoscendae sunt, ne pro Christianis habeantur, quae nonnullorum aut arrogantia, aut stupiditas, aut superstitione habuit et vendidit; tum excutienda sedulo et ad amissim rationis expendendae, quo facto non dubito, quin in institutione de Deo et hominis erga eum relatione nihil non ratione conforme, in disciplina nihil non salutare et felicitati humanae promovendae aptum, in decretis divinis, quae Christus tradidit, nihil aberrans a maiestate divina reperiatur.

p. 18. lin. 1. *originis divinae*: adde, nam origines rerum ratio explorat, non docet sensus.

lin. 10. sic mutavi: sed si effectus tam divini, (quos nam enim motus diviniores vocemus, quam sensa animi tranquilli et virtutis studiosi?) producuntur per doctrinam christianam, si praefat id, quod invenzione humana superius et maius est: quis, eam divino beneficio concedi, negaverit?

p. 19. lin. 1. §. 8. a fine: Vnde hoc argumentum persuadendae veritati Christianae aptum videtur dignumque, cuius virtus prolixius exponatur.

lin. 13. *numinis* et documentum de legatione divina.

p. 19. §. 9. Obs. 2. ita immutata est: Definitionis nostrae veritas nititur inductione. Alii aliter efformant notio-

7

notionem. Videatur COTTA ad Gerhardi LL. theol. T. XII. p. 93. Minus accurate quidam dicunt contra naturam fieri, nisi velint cum Auguſtino contra Faſt. L. 25. ab init. fieri contra id, quod novimus in natura, vel contra curſum naturae. Melius alii, quae *ſupra* naturam, vel praeter vires naturae eveniunt, miracula vocant; *naturae* autem, ne ad vanas λογομαχias deveniamus, tribuimus, quidquid aut e *viribus* rerum creatarum, nobis cognitis, enascitur, aut *legibus*, quas quidem vires rerum creatarum in agendo communiter sequi videmus, est conforme. Quare quo quis rudior et tardior est in cognoscendis vel *viribus*, quae insunt rebus singulis et pares reperiuntur effectibus, vel *legibus*, sive communibus, quibus res omnes sui generis reguntur, sive specialibus, quarum imperio singuli pro modo virium et natura sua parent: tanto proclivior reperitur ad iudicium de ordine naturae immutato, impedito, turbato: quod longe aliter videtur reliquis, acutioribus et providis rerum evenientium arbitris.

p. 20. lin. 1. Obs. 3. usque ad finem observationis muta: *tertium*, de agentis naturali virtute eiusque et ad miniculi, quo interdum usus est, ad effectum indubitate productum habitu: *quartum* de consilio miraculi, si is, per quem talia evenerunt, doctoſor fuit. (Deut. 13. 1 - 3.)

Obs. 4. Inde conſequitur non modo pro iudicantium de rebus gestis ingenio, verum etiam pro agentium vi diversa eventum eundem in uno videri miraculosum.

p. 20. lin. 9. *falsa*, quae vim humanae quidem naturae, tribuentis fibi ius et imperium in *res* alias earumque vires, per ſe non excedunt, &c.

p. 20, §. 10. *mirabili*, in quo nemo alienis opinionibus vel decretis vel iudiciis confidere potest.

p. 21, a fine Obs. 2, subiunge: cf. KLEVKER *Neue Prüfung der Beweise für die Rel. T. I.* p. 419. *sqq.*

p. 22, Post Obs. 3, infere: Obs. 4. *S*upra diximus, in iudicio de miraculo quoconque suo quemque ingenio regi debere, nec fide aliena, rudium forsan hominum et prae- cipiti sententia aetorum, ferri adstringive. Non praecepit religio Christiana, ut miracula credamus, nec libri sacri praerogativa quasi sententia de rerum gestarum natura quidquam definiunt vel origines earum semper declarant: verum, quod est scriptoris providi et modesti, rem sim- pliciter narrant, iudicium autem, utrum ea naturalibus vi- ribus patrata fuerit, an alienae virtutis adiutorio, liberam cuique relinquunt. Quare mihi haud peccare videntur ii, qui de Mosis vel Eliae, celeberrimorum θαυματουγγων, gestis aliter statuunt nostra aetate, quam tum quidem Israe- liae iudicarent; sed gravius peccatur ab ipsis miraculo- rum adversariis, cum, quod nostra aetate, post tot stu- dia, vires rerum exquirendi, legumque, quas sequuntur, cognitione utendi ad magna et insolita patrandā, fieri vi- demus, id in aevo barbaro, ab hominibus, quos barba- ros ipsi vocant, sine interventu numinis effici potuisse clamant.

Sequitur Obs. 5. Sunt, &c.

p. 25. lin. 12, lege: II, *Voluntas autem vera traden- di, quae non modo errores devitare studet, verum etiam nihil, aut sumit precario, aut temere addit, aut callide demit in narrationibus rerum gestarum, consilio fraudu- lento,*

—

9

lento, ut facilius ingeneretur in animis lectorum opinio effectuum insolitorum et admiratio rerum supernaturalium, cum plenam seriem rerum et remedia, quibus quis usus est, ignorant, haec igitur voluntas, quam Bahrdianae N. T. interpretationes exagitant et deprimunt, intelligitur primum a).

p. 25. lin. 3. a fine emenda: *qui viscum capiendi* &c.

p. 29. a fine Obs. 3. adde: vide et AVGVSTINVM de Civ. Dei L. X. c. 16,

p. 31. lin. 5. §. 15. Cum enim ea opera non edi possint insitis θεωρατουσιγου viribus (§. 9.) neque credibile sit — — Deum adiutorio suo succurrere impostori.

p. 31. lin. 5. a fine immutantur: Neque tantum speculatorum animos miracula convincere poterant de origine doctrinæ divina, sed hodie quoque et possunt eam persuadere, dummodo rescinditur de historia dubitatio, et debent, e consilio Scriptorum factorum: *Ioh. 20, 31*, ut latius exponit i, o, TOELLNER *theol. Untersuchungen T. 2^a. P. I.* p. 103. Ceterum nec una, nec praecipua exinde persuasio peti poterit, quandoquidem de ipsa rerum gestarum indole alii alter judicant; et Christus ipse non nisi coram iis, qui afficiendi erant ad audiendam veritatem patravit, reliquis autem, plenius institutis ac de praestantia disciplinae novae aliunde convictis, id argumentum nec factis nec admonitionibus proposuit. Vide G. A. TELLER *de usu argumentorum ex miraculis — ad Burnet de fide et officiis Excurs. III. Hal. 1786. p. 288.*

Obs. 3. In miraculis igitur est declaratio Dei, velle se fidem haberi Θαυματουργων et doctrinam eius attentius audiri, successumque inter homines fortiri. Non autem sunt argumenta, veritatem propositionum ipsarum confirmantia: quae veritas per se, et si nulla miracula facta essent, stat et ab aliis argumentis pendet, ut verbis utar Ven. MORVS in *epit. theol. Chr.* p. 25.

lin. 10. Obs. 1. p. 33. post verbum, *cernitur adde:*
Hinc autem patet, non adeo multa in oraculis V. T. concurrere vaticinia. Nam plerique, qui de rebus futuris, five prosperis five adversis, proloquuntur, parum determinate differunt, res, quas describunt, verbis amplificant, poetarum more, ac saepius ea praenuntiant, quae prudens quisque et acutus spectator rerum humanarum praefagiare facile potuit.

p. 34. l. 4. infere: Obs. 3. Consilium divinum in adiuvando vate nunquam aliud fuit, nisi ut declararet, virum, qui praedicit res, eventu certo, a se instrui, atque inter aetatis suae homines auctoritatem conciliaret. Non igitur doctrina, quam vates docuit, per se iam vera, probatur per vaticinia, sed his viri utuntur, ad excitandam attentionem, movendosque auditores, ut doctrinam, propter auctoritatem suam, in alio genere luculenter confirmatam, tanto lubentius atque certius admitterent.

p. 41. infere post Obs. 1. Obs. 2. Si quis quaerat, vel definire ausit quidquam de virtute argumentorum, vietri ci adversus omnia adversiorum tela, is profecto non expedit, eam non modo, nec etiam praeceps a estimari ex ipsa veritatis evidentia, verum ex effectu. Atque si cut res sensibiles animos alios aliter adficiunt: ita etiam

men-

mentem hominum non uno arguento certissime capi atque duci videmus. Alium miracula delectant, alium disciplinae Chr. puritas. Nec in ulla veritate ratum quoddam argumentum proponi potest, cui non aut imbecillitas, aut cupiditas quorundam dubitationes quasdam opponat. Quae si quis teneat, artibus *Hieroclis*, nuperi obrectatoris rel. Chr. (Hal. 1785.) non se patietur concuti.

p. 41. Citatis adde: I. F. KLEVRER *neue Prüfung und Erklärung der vorzüglichsten Beweise für die Wahrheit des Chr.* I. Th. Riga 1787.

p. 44. a fine: adde cf. et G. A. TELLER *Excurſus II.* de incrementis doctrinae Chr. ad BVRNETI l. de fide et officiis. Hal. 1786. p. 243.

p. 51. lin. 19. Haec sunt, quae ita *conſtituunt* religiōnem Chr. ut, iis demtis, non sit amplius regio Chr. utque, quisquis &c.

p. 52. lin. 7. *Saepius*, Iudeis et gentibus.

p. 52. lin. 13. muta: Si tandem nihil plane faciunt ad confitum doctrinae Christi, felicitatem et pietatem hominum, v. c. de angelis et daemonibus, si non tam res ipsas, sed modum rei, in ipsis S. literis haud declaratum, concernunt easque res aut θεωρεῖσθαι tractant, aut προβληματίζουσι quaerunt, quadenam sit futura corporis forma post resurrectionem? ne articulorum quidem fidei numero habentur.

p. 52. lin. 23. *hos* autem proprios dicimus Ecclesiis, sive sciuncis ingenio, veluti olim quaedam Christianis ex Iudaico populo praeceps tradita legimus, quae vix pertinerent ad reliquos ex gentibus, quaedam in Ecclesia fundanda

danda offensionem removent, in Ecclesia fundata magis que exulta doctrina minime metuendam: sive tempore et loco, veluti Ecclesiae Lutheranae, Graecae, Nestorianae. Eos potissimum &c.

A fine Obs. 4. adde: cf. omnino G. A. TELLER Excurs. II. supra laudatum de incrementis doctrinae Chr. ad BVRNET de fide.

CAPVT TERTIVM,
DE FONTIBVS RELIGIONIS
CHRISTIANAE.

p. 58. adde Obs. 3.

Sunt qui mirentur, quare Christus ipse nihil literis consignatum reliquerit; quidam etiam vehementer conqueruntur. Modum autem sive admirationi sive querelis et dolori ponent, ubi expendant, Iesum nec clarius scribere potuisse quam Apostoli, nec luculentius et plenius consignare doctrinae suae systema, ad quod tum quidem animos nondum paratos atque maturos reperire potuit. cf. plura in Chr. Rel. Vnterricht P. II. (Ed. 2. 1790.)

Obs. 4. Apostolos &c.

p. 66. lin. 12. lege: nec ullum ex his libris aucto-ribus suis abiudicat vel ut supposititium damnat. IVLIA-NVS denique, acerrimus impugnator, qui iuvenis hos libros publice etiam legerat, non audet authentiam librorum laceſſere, quanquam in eorum argumentum non dubitet, vehementibus opprobriis invehere.

p. 69. lin. 20. post verba: ASSEM. l. c. subiunge: Nupera coniecta, quod Marcus Coptice scripserit (in

Magia-

*Magazin für alte besond. morgenl. u. bibl. Literatur von
S. F. G. WARL, 3te Lieferung, Halle 1790.) aequo incer-
ta ac traditionis historicae consensu destituta est.*

p. 70. p. 15. §. 30. sic immutata sunt: at-
que, cum institutio, profecta à spiritu divino,
2. Pet. 1, 21. (unde eam *inspirationem* vocant 2.
Tim. 3, 16.) qualiscunque tandem fuerit, (nam
modum eius etiam nec e dictis 2. Pet. 1, 20. 1.
Cor. 2, 6. Matth. 10, 19. 20. Luc. 21, 15. aliquis
definiat, nec facile describat, cum efficientia
Dei in his literis componendis, varium modum
accipiat,) divina sit, Ioh. 16, 13. divina iure ha-
beantur. Matth. 16, 19. 1. Pet. 1, 12. 1. Thess. 2,
13. 1. Cor. 2, 6. sq.

Post textum Paragraphi infere: Obs. 1. Teneamus
igitur primum, ea tantum *ἐν πνευματι ἀγιῷ* five ore,
five scriptis, proponi, quae ad religionem five declaran-
dam uberioris, five confirmandam pertinent. Non igitur pro-
bari potest, *omnia*, quae in N. T. leguntur, Θεοπνευστῶς
fuisse scripta et divina auctoritate doceri, persuaderi, mu-
niri. Traduntur interdum historiae, quibus nihil interce-
dit connexionis cum religione; iudicia de rebus, quae non
attingunt Christianam disciplinam, passim feruntur; ac so-
lent Apostoli decretis Christi opiniones suas interdum in-
terispergere, in quibus, salva religionis castitate, erroris
aliquid facile subesse potuit. Satis sit, in *religione* con-
stituenda ad *hos* autores eorumque libros tanquam ad lim-
pidissimum fontem decurrere atque *doctrinam*, quam pro-
ferunt, defendunt, amplificant, ut divinam revereri.

p. 71. lin. 14. *afflatus divinus*, quem Graeci et Latini oraculis, et Iudei phrasí, *רוּחַ יְהוָה עַל־* omnibus, qui ingenio valeant, in primis poetis et vatibus tribuant.

p. 72. lin. 1. dele: *Divinitus autem — usque ad verbare: agit.*

Ibid. lin. 7. lege: b) Sed age, ut nos, quoad fieri potest in re, nostris sensibus haud obvia nec per experientiam cognita, ideam inspirationis indagemus atque finiamus, primo quidem dispiciamus.

p. 72. a fine paginae adde: qui aenigma excogitant, pares sunt illi solvendo et explicando.

p. 73. lin. 4. et spontanea ingenii ad praevidentos eventus futuros exercitia. Aptior ad hoc argumentum Pauli declaratio de muneris sui ratione reperitur 1. Cor. 2, 6. *sq.* ubi negat se sapientiam artibus dialecticis docuisse. Nam cum negat, fuisse, qui doctrinam ipsam, aut cognosceret per experientiam, (*αὐτὸς οὐκ εἴδε*) aut aliorum monitu acciperet, (*αὐτοὶ εἰδέναι αὐθεωπες εἰναι αὐτοῖς*) exinde colligit, eam sibi a spiritu divino, qui omnia divina intime noscat, esse revelatam.

p. 76. ad finem Obs. 3. pro vocibus: *Qui ulterius — declarent, substitue:* Ceterum ne plane incerti erremus vel miraculis confingendis rem omnem impediamus, observare licet, plurima quae quis a scriptore sacro, ingenuo ac fide digno veritatis interprete, iuste atque caute requisiverit, propriis eorum viribus, paratis ad negotium tam grave tamque arduum, per numinis providentiam rerumque usum, facile potuisse praefstari. Non potuit iudi-

ciam

cium de eo, quod negandum aut affirmandum sit, negotium facere viro, qui veritatem dudum perspexit, et liberaliter coluit, ac adsidue tractavit. Non potuit memoria fallere eum, qui recolendo doctrinam, ex beatissimo Iesu consortio haustam, conversando cum viris, ab eodem magistro institutis, tradendo, inculcando, enucleando veritatem et historias, omne fere vitae suae tempus consumxit. Non potuit incertis opinionibus fluctuare vir, qui nunquam ad hypotheseon et argutiarum vias lubricas a trahite simplicis et planae veritatis deflexit. Non potuit ignorare, quid ecclesiis, amicis, discipulis, quorum vires, ingenium, statum, conditionem, pericula, studia, accurate nosset, apte scribendum esset. Non potuit non promte tradere doctrinam vir, qui diuturno usu eam cognoverat. Non poterat denique vel in ipsa tractandi methodo peccare is, qui praeclaris dotibus instruatus, multisaria doctrina imbutus, adiutus multorum annorum experientia, in ipsis literis V. T. divinis egregie versatus, dicendi vim et facilitatem adquisiverat. Quis vero in his omnibus excludat numinis curam, qua evenit, ut his viris, in hoc negotio occasiones et adminicula praestos essent, quorum usu mirifice adiuverantur ad detegendam veritatem, ad decutiendum veteris erroris et superstitionis iugum, ad enucleandam luculentius doctrinam, ad excogitandum id, quod aptum, utile, futuris quoque ecclesiis acceptum foret? cf. omnino GRIESBACHII *Progr. infra laudanda*, impr. Progr. V.

p. 81. a fine §. 30. adde: cf. I. G. TOELLNER die göttl. Eingebung der heil. Schr. untersucht. Lindau und Leipzig. 1771. 8. QVIL. ABR. TELLER. de inspirationis scr. divi-

*divinarum iudicio formando. Helmst. 1764. I. C. HEGEL.
MAIER de Geotyeusis eiusque statu in viris sanctis Li-
brorum SS. auctoribus. Tub. 1784. 8. Commentatio de
inspiratione Scr. S. qua eius indolem explanare conatus
est LAVENT. MEYER. Ultrai. 1784. 8. I. I. GRIESBACH
scripturarum in locum de theopneustia librorum Sacr. Par-
ticulae V. Ienae 1784-88.*

p. 81. §. 31. lin. 3. a. f. reverentibus addet:
imitantibus Iudaicum morem, et haereseon per-
icula praecavere cupientibus in coetibus suis,

p. 82. lin. 3. *corpus — quod* malim: catalogus — qui.

p. 86. lin. ultima: pro verbis: *qua nonnulli ex caufis —*
Obs. 1. p. 81. substitue: *qua nonnulli utebantur repudian-
tes quosdam libros, alii aliis ex caufis.* In quibus fere
communis et praecipua fuit superioris disciplinae diversitas
ortumque exinde partium studium. Nam qui quidem e Iu-
daeis olim ad Christianos transiissent, Iacobi, Petrique au-
toritatem et doctrinam maxime secuti, eorum adseclae
Pauli et doctrinam liberaliorem, et libros, purioris doctri-
nae fontes, et socios reiicere haud sunt veriti, quippe
contrarios fibi: v. c. Elcesaitae. Rursus qui Paulo fave-
rent, libros, quos Iudaismum redolere opinarentur, no-
luerunt admittere. Quare v. c. Marcion nec Matthaei nec
Iohannis, nec Petri et Iacobi scripta adoptavit.

p. 92. ad §. 31. scriptoribus laudatis, addantur: G.
LESS *Gesch. der Rel.* p. 467. MICHAELIS *Eint. in die
Schriften des neuen Bundes*, al.

p. 103.

p. 103. lin. 1. §. 37. pone: commendati quoque a Iesu propter usum ad persuadendam novae religionis auctoritatem *Iob. 5, 39.* et a Paulo propter habitum ad formandum novae doctrinae doctorem *2. Tim. 3, 15.*

p. 103. lin. 22. adde: v. d. g. c. STORR über die älteste Eintheilung der Bücher des A. B. im neuen Repertorium für bibl. und morgenländ. Litteratur. 2. Th. p. 225. Ien. 1790.

p. 104. §. 38. post patrum, adde: suorum, quorum aetas artem critices ignoravit, sententias.

p. 105. lin. 3. Periodus ita immutatur: Sed cum ex ipsa librorum antiquitate, e testium, quibus unice hae litteres dirimuntur, deperditis libris, silentio, ex vestigiis, senioris aetatis, haud obscuris, quae plurimis libris impri- mi videntur, magna iudicij difficultas suboriatur: apud peritos tamen iudices cautosque, quales rei gravitas postulat, arbitros haec omnia vix iustam dubitandi materiam obmonvere possunt adversus authentiam.

p. 107. lin. 3. a fine lege: quorum haud pauci pro ingenii perspicacia, pro eruditione, pro familiaritate, cum ipso populi sui genio et sermone, contracta, facile falsa a veris discernerent, ut Esaias, &c.

p. 109. a fine observ. 2. a. adde: felicius autem RICHARDSONIS l. c. et I. D. MICHAELIS *Einl. in das A. T.* (Goett. 1787. 4.)

p. 109. lin. 14. ministros) literis et eruditione insignes.

Död. Acceff.

B

lin.

lin. 21. socios ac ministros) adde: *qui literis et artibus, in primis oris facundia et ingenii vi praefarentur ac de populo suo bene mererentur.*

p. 109. linea ultima: laudatis scriptoribus junge:
BARDILI de notione genuina vocis prophetae e Platone.
Goett. 1787.

p. 113. lin. 15. narrationes) alias ex traditione antiqua, mythis commixta, alias ex authenticis &c.

p. 113. sic emenda: *Mosen — his omnino*, etiam auctore Deo ac provida numinis cura rectum, uti voluisse. Sed mythos de primo orbis statu, de generis humani initiis, conditorum gentis suae illustrium conversionibus et fatis, tabulas familiarum, carmina in memoriam rerum praecclare a maioribus gestarum et commentarios religionis ac fidei quis defuisse existimet in gente, patriae pietatis cultrice et literarum haud experte, quum barbaras inter gentes, inter quas vel ipsi Israelitae vixerent primum ac Moses adolevit, in primis inter Aegyptios et Arabes, omnis historiae antiquitas mythis involuta conservaretur, ac herorum memoria carmine conservata floreret, atque vicinos Hebraicis populos, v. g. Tyrios et Aegyptios praeclaram fatus suis operam impendisse sciamus? Confirmant has conjecturas luculenta Mosis ipsius indicia, *Numer. 21, 26. 27. et al. et styli in his traditionibus diversitas.*

p. 116. lin. 5. accuratius dicta sunt: Quin potius alienum videri possit, tum a genio patriaeque amore virorum sanctorum, antiquitatis monumenta temere contemni, ac repudiari, tum a Dei sapientia et modo, res humanas promovendi, quod adflatu suo *δύσσως* adiuverit eos, qui virium

virium suarum usu satis parati ad veritatem rite consignandam reperirentur.

p. 116. lin. 5. a fine post vocem : *recoxisse*, infere ; deletis reliquis usque ad finem observationis : Quidni cum reliquos poetas statuamus animi sui sensibus regi , adfetuum suorum impetu ferri , ac pro rerum suarum conditione ac statu iam temperatius loqui , iam vehementius sive querelis sive laetitia erumpere , iam sententia pia , iam prudenti decreto laudem mereri , id haud fecus evenisse dicamus inter Israelitas ? Cur , quaeſo , in illis humanum omnia , quanquam grave et elegans , videri , in his numeris vim ubique adesse defendamus ? Haec quidem omnia in eum finem monui et digna observatu duxi , ut discamus , quantum moderari deceat nimis liberalem de origine divina immediata omnium V. T. librorum , qua res , qua voces , opinionem cupidamque nimis vehementiam , qua nonnulli haud verentur notare eos , qui vana Iudeorum commenta nolunt suffragio suo comprobare , ac omnes , qui Iudeam sapientiam , his libris complexam , humano ingenio , interdum etiam tenui , descriptam fuisse , ut rerum novarum cupidos , temere calumniantur.

p. 117. lin. 25. *quorum auctores* propter insignes animi dotes , literarumque inter barbaros scientiam , ac in dicendo , admonendo , redarguendo , vim eximiam , pro more seculi sui , ut familiares Numinis sui colerent ?

p. 122. l. 18. *Oederus* adde : ac Anonymi plures , in primis Auctor libri : *Philosoph. und kritische Unterſuchungen über das A. T. und dessen Goettlichkeit.* London. (Berlin) 1785.

p. 128. lin. 4. sic mutavi: Impeditior quaestio de propheticis libris XIII. planior fiet, si quis historiarum traditiones et vatum oracula ad hanc classem referat. Nec tamen numerus, quem finit, facile colligitur; cum quosnam libros, hodie distinctos, iungat uno volumine; quoniam charactere librorum propheticorum utatur; qua ratione distinguit propheticos a poetis, nemo augurari possit. Nemo dixerit, utrum Iobi liberum propheticis accentuat an moralibus? an threnos sciuntim ab oraculis Ieremiæ referat? an Efrae et Nehemiae commentarios unius libri nomine complectatur? et s. p. Tertia classis quatuor *moralium* scriptorum aequa incerta est. Eo retulerim 1) *Psalmos*, 2) *Sententiæ Salomonis* liberum. Tertium videtur *Ecclesiastes* vel *Cohæleth*, qui τας τις βις ὑποθηκας plures continet. Quartum adjungimus Canticum Canticorum. Nam iis suffragari vix possum, &c.

p. 141. linea 3. a fine: libri tam prolixij addit: lingua emortua et librariis saepe penitus ignota, exarati, per tot seculorum decursum illibatus &c.

p. 143. §. 42. *Ebr. 8, 6.*) et utilitatis parum spectatae et pretii vilioris sunt.

Ibid. 2. *Pet. 2, 19.*) laudati et a primis inde temporibus in coetibus Christianis, perseverantibus in ritu Synagogae, praelecti sunt.

p. 144. lin. 25. *fontibus*: sic perge; usque ad finem paginae: ac aliunde persuasos de dignitate I. C. vix specent. *Ioh. 5, 39.* admonentur *Iudaei*, ut, exploratis e V. T. Messiae ac prophetæ divini characteribus, persuaderi sibi a Iesu patiantur divinitatem doctrinae suæ. *Scripturamini*

tamini, evolvite, scripturas, quibus vitam aeternam, doctrinam salutarem, doceri autematis. Ea enim de metatatur seu praecipit, quod sit duplíciter, tum definitis characteribus doctoris divini cuiuscunque, qui facile ac crita dubitationem ad Iesum transferri poterunt, tum descriptionibus ac imaginibus Messiae, in quibus Iesum haud difficulter agnoveris, Admonitio Pauli ad Timotheum 2. Ep. 3, 15. docet, operam dandam esse doctori ecclesiae, illius aetatis, (αὐθεντῷ θεῷ).

p. 146. lin. 1. elegantiam) adde: proprietarum s. publicorum doctorum animum, pium, patriae amore incensum, religionis promovendae studiosum, et similia.

p. 148. a fine additur, cf. omnino: *Die Schriften des A. T. nach ihrem Inhalt und Zweck bearbeitet von W. F. Hufnagel. Erlang. 1784.* P. I. quod argumentum, ut latius persequatur V. Cel. vehementer optamus.

p. 150. §. 47. sic inchoat: Ex hac veritate, subnixa auctoritate virorum divinorum, fallere ac falli nesciorum, deducitur scripturae sacrae in rebus ad religionem spectantibus, auctoritas haec, ut eius testimonium &c.

p. 153. l. 9. lege: Praeterea si nihil verum esse potest, quod repugnat propositionibus, evidenter et perspicue extantibus in Scr. S. vel quod est, ut alii, formula e Rom. 12, 6. parum apte petita, aiunt, *contra analogiam fidei*, &c.

p. 163. post verbum, *Fuldensis*, adde: Campidunensis, et alii, concedi lectiōnem Scr. S. omnibus atque ubi vis promoveri debere, in decretis suis, atque multo magis factis et institutis libere professi sunt.

p. 164. l. 1. post verba: obligarit, infere: cf. quoque Archiepiscopi Salisburgensis *Literas pastorales A.* 1782. *editas* §. 22. sq. SCHWARZHÉBER *Christkatholisches Handbuch T. I.* §. 22. et al. Haec quidem testimonia perspicua, haec praestantissimorum praesulum instituta cautos faciant nostros, ne adversus Pontificios pugnaturi, antiqua sive praejudicia sive crimina repétant ac eos contentus literarum S. et gravis erga populum Chr. iniuriae, prohibito S. Codice, nostra praeferimus aetate, arguant. Versionum &c.

p. 164. lin. 22. aptorum) adde: cf. HIERONYMI *prolog.* ad *Ezechiel.* et *Basilii Ep.* ad *Chilon.*

p. 166. lin. 19. concipi potest, nisi ab intellectu, qui cognoscit veritatem, et a ratione, quae ad invisibilis res fertur et communes ideas efformat.

p. 169. l. 25. intelligimus) adde: denique cogitatione de religione exhilarari per concentum eorum, quae Scr. S. asseverat, cum his, quae rerum natura intuenda et cogitanda cognoscuntur.

p. 169. lin. penult.) studiis nostris tanto magis digna habeatur, quanto certius videmus, ipsos sacros scriptores multa e religione naturali in libros suos transtulisse.

p. 170. l. 14. confirmare) denique quis sensus formularum, quae interpretatio apta sit quaeve inepta, declarare docent.

p. 172. lin. 9. *utrumque* autem non modo persuaderet, veritatem non ratis quibusdam formulis adstringi, sed variè pro ingenio scriptoris et lectorum verbis exprimi; verum etiam brevità &c.

p. 182.

p. 182. lin. 1. doctores Christiani) adde:
praeſertim tum, cum ſcripturarum ſacrarum
uſus nondum invaluiſſet.

p. 186. 1. ult. et ſq. ſic immutata ſunt: fallax e tra-
ditione iudicium exoritur in doctrina quidem, ut ea, etſi
in literarum ſacrarum monumentis non tradatur, haud pa-
riter tamen probari poſſit et credi, ac ſcripturae ipſius de-
creta. Itaque, vel eo ipſo aevo, quod traditionis decretal-
tenuit atque vicinius Apoſtolis fuit, traditionis $\alpha\gamma\epsilon\pi\sigma\pi$
auſtoritas in dogmatis, (namque ritualium et historicarum
preſtium conſtant fuit, nec a nobis plane reprobatur), ut
incertior repudiatur, ac ad amuſiſſum Scr. S. exploratur, ip-
ſo IRENAEO profitente.

p. 187. a fine §. 60. adde: cf. 1. C. ROSENmüLLER
de uſu tradit. in theol. Lips. 1786.

p. 187. lin. penult. normam) adde: adverſus haereti-
corum detorſiones et commenta, iam IRENAEV L. III. c.
2. cum negat ex ſcripturis poſſe inueniri veritatem ab
hiſ, qui neſciunt traditionem et TERTVLLIANVS, Eccleſia-
ſtice auctoritatis et praefcriptionis adverſus haereticas
puto, novitates, patronus, *adv. Hermogenem*: ubi ap-
paruerit eſſe veritatem disciplinae et fidei chr. illuc veri-
tatem eſſe ſcripturarum et expositionum et omnium tradi-
tionum Christianarum.

p. 188. lin. penult. *explicaverint*) nedum, aut im-
mifcendo temere philofophemata, aut literalem et obvium
ſenſum deſerendo, aut ignari ſignificationis graecae vel
hebraeae, perverterint.

CAPVT QVARTVM.

DE THEOLOGIA.

P. 192. §. 63.

Sic reformatur: non modo per omnia capita religionis (§. 1.) extenditur (§. 1. Obs. 3.) siue theoretica (*theologia theoretica*) siue practica, (*theologia moralis*) verum etiam in rebus, quae cum religione aliquo modo coniunctae sunt, tractandis, in consensu doctrinae Chr. cum veritate, aliunde cognita, indagando et explicando, in fatis doctrinae eiusque conversionibus cognoscendis, in causis veritatis tenendae et tradendae, in modo denique, utendi capitibus fidei et placitis aliorum versatur: altera autem modus cognitionis, erudito dignus.

p. 194. l. 12. *omissisque* placitis et definitionibus ac formulis *τεχνοις* et argumentis aliunde petitis. cf. c. CHR. EHR. SCHMID *de theol. biblica Diff. II. Ien.* 1788.

Scriptoribus ad §. 64. laudatis adde: c. c. TITTMANN *de discrimine theologiae et religionis. Viteb.* 1782. et I. G. ROSENMÜLLER *de discr. theol. et rel. in l. de theologiae Chr. origine. Lips.* 1786. 8.

p. 196. l. 14. ejusque notitias) vulgares esse volunt, ac eruditae theologiae severitatem et dignitatem in *κατηγορίαις* tenuitatem, pro levitate et ignavia nostrae aetatis, mutare ausint.

p. 198 l. 11. *Quod si* enim origines et fata vocabulorum et formularum persequamur, plerasque eo consilio
vide-

videmus inventas fuisse et commendatas ac propagatas,
denique sanctitas auctoritatis publicae honore et iure, ut
exortis &c.

p. 198. lin. 4. a fine sic lege: at si, quod primum
est, definitione legitima h. e. petita e libris, e studiis, e
philosophia, et confilio eorum hominum ac temporum, a
quibus inventae sunt et constitutae, declararentur.

a fine §. adde: vide *Praefat. Ven. MORVS ad Epit.
theol. Chr. Lips. 1789.*

p. 199. §. 66. post verbum *apologiis*: infe-
re: Mature tamen coeptum est a nonnullis, par-
tes quasdam doctrinae Chr. subtilius et compa-
rate ad philosophiam paganam tractare, (in quo
 $\gamma\gammaωσιν$ posuere): quanquam nondum coniunge-
rent partes singulas et in formam systematis re-
digerent.

p. 199. post §. adde: Obs. I. De distinctione inter
 $\pi\tau\zeta\sigma\tau\iota\nu$, notitias religionis populares, et $\gamma\gammaωσιν$, notitias
religionis e demonstratione confirmatas, vide, quae ex
Clemente Alex. praeclare tractavit Ven. ROSENmüller *de
theol. Chr. origine*, p. 42. sq.

p. 201. l. 14. In his tamen omnibus antiquiorum do-
ctorum, in primis Tertulliani et Augustini, dein e Grae-
cis Basili, Gregorii Nazianzeni et Cyrilli Alex. libris
sparsa reperiuntur femina nascentis theologiae systematicae,
cujus auctores cum maxime versarentur in dictis veterum
studiose colligendis, fieri non potuit, quin ex eo campo
multi formularum et distinctionum flores argumentorumque
manipuli arriperentur.

§. 67. sic immutatur: Maiori gloria et celebitate *Iohannes Damascenus*, orientis doctores in S. literis ac scriptoribus praecipuis Ecclesiae (quae *theologiam positivam* constituant) traditas ad leges scholae in corpus quoddam coegerit. Succrevit denique per Occidentem &c.

p. 202. ad fin. Obs. 2. adde: Summam eius exhibet
c. f. RÖESLER *Bibliothek der Kirchenväter*, Tom. VIII.
Lips. 1784.

p. 203. lin. 12. ita reformatum lege: Alia methodo,
positivae theologiae promotores, *Hugo de S. Victore*, et
Robertius Pullus sententias, scilicet patrum dicta, congesfere.
Successit is, qui utramque theogiam, *scholasticam*
et *positivam* coniungere coepit, *PETRVS LOMBARDVS* Ita-
lius, Parisiensis episcopus, fato funetus A. 1164. *libris sen-*
tentiarium IV. qui omnia fere theologiae capita ex pa-
trum, Augustini praecipue, scriptis, complexus, innume-
ris auctor et exemplum illius tractandae factus est, nomen-
que *magistri sententiarum* promeruit. Lombardi vestigia
secutus est *PETRVS Pictaviensis*, non diligentia collec-
toris, sed acumine et iudicio, magistro superior. Dehinc
nova progenies orta, eorum, qui subtilitate disputandi et
Aristotelicae disciplinae studio penitus abrepti sunt. In-
claruit in hac aetate *secunda theologiae scholasticae*, *ALE-*
XANDER ALESIVS, doctor irrefragabilis, (qui in Parisiensi
Universitate docuit et mortem 1245 obiit,) *summa theo-*
logiae edita. *ALBERTVS M.* et *BONAVENTVRA* *commenta-*
rii in LL. IV. sentent. et compendio laudem meruere,
quod ille *summam theologiam*, hic multo quidem ac-
curatior, *breviloquium* inscripsit. Secutus *THOMAS DE*

AQVI

AQVINO, doctor angelicus, Dominicanae familiae, Italus, &c.

p. 204. lin. 7. adde: Ab hoc tempore *tertia* aetas scholastica incipit, superioribus longe deterior, neglectu veritatis popularis et utilis, barbarie in dicendo, pace in disputando, methodo in tradenda disciplina, in qua nihil nisi spinosum, vel quaesitum fuit, vel laudatum.

p. 206. ad §. 68. Adde: Obs. 5. *Oriens Christianus*, multis temporum calamitatibus, armorum strepitu, dissidiorumque inter coetus Christianos turbis, misere agitatus per hoc tempus, vix ullos genuit, quos vel philosophiae vel Sacrarum literarum studiis paratos videamus et aptos ad systema religionis liberaliter et erudite tractandum: ac, si aluit, pauci fuere, et inglorii apud coetus occidentales, quibus illi ob haeresim suspecti, ob linguam Syriacam, qua utebantur, barbari et abieci sunt videbantur. Commemorandi tamen sunt: EBED-IESV Sobensis, edita Margarita, de veritate fidei, s. de ver. rel. Chr. v. ASSEMANN B. O. T. III. P. I. p. 352. sqq. IACOBVS Tagritensis (circa A. C. 1230.) scripsit librum thesaurorum, (cf. ASSEMANN l. c. T. II. p. 237.) et GREGORIVS Bar-hebraeus, Abulfaragius dictus, composuit Candelabrum fanctorum de fundamentis ecclesiasticis, vel, ut clarius loquar: Illustrationem dogmatum fundamentalium, cuius compendium extat b. tit. Liber radiorum. De utroque cf. ASSEMANN l. c. p. 284—299.

p. 207. ad finem Obs. 2. subiunge: in primis si Romanae Ecclesiae doctores, vel celeberrimos, in quibus ECKIVS, Melanchthonis aemulus, Enchiridio locorum com-

minium (Colon. 525. 529. al.) eminuit, cum iis accuratius conferre volueris.

p. 208. l. 16. altera novatorum) qui, incolumi quidem religionis integritate et sanctitate inviolabili, nostrorum temporum luce ad dogmata perspicue explicanda, et aptius demonstranda, et ex historiis illustranda, et accuratius aestimanda uti voluerunt.

Adde scriptoribus laudatis p. 208. c. E. BROCHMANN *universae theologiae systēma. Hafn. 633. T. II.*

I. A. SCHERZER *Syst. theol. Lips. 680.*

p. 209. l. 8. biblica autem) adde: CHR. EBERH. WEISMANN *inst. th. exeget. dogm. Tub. 739.*

Compendii p. 209. laudatis adde: I. CONR. DANNERHAVER *hodosophia Chr. Argentor. 649.*

CAR. FR. BAHRDT *systēma theol. Lutheranae orthodoxum, Hal. 785.*

Compendii p. 210. Obs. 1. laudatis adde: GOTTH. SAM. STEINBART *System der reinen Philosophie, Züllichau 778.*

S. FR. NATH. MORVS *Epitome theol. Christianae. 789.*

p. 211. lin. 3. infere: I. BRAVN *doctrina foederum. Amst. 688.*

p. 211. lin. 18. Systematis reformati coetus adde: MARC. FR. WENDELIN *chr. theol. L. II. Hanov. 634.*

P. V. MASTRICH *theol. theor. pratt. Amst. 682.*

p. 213. Obs. 3. Scriptoribus ex Ecclesia Romana adde: ANT. TOVRNELY *prælett. theol. T. XVI. 8. 725. sq.*

KLÜPFEL

KLÜPFEL instit. theol. dogm. Vindob. 789.

p. 213. §. 69. a fine adde: CHR. GODFR. HEINRICH
*Versuch einer Geschichte der versch. Lehrarten der chr.
 Glaubenswahrheiten. Lips. 790.*

p. 213. §. 70. Subiunge scriptoribus: I. A. NOESSELT
*Anweisung zur Bildung angehender Theologen. T. III.
 Hal. 786. sqq.*

LIBER PRIMVS.
 INSTITUTIONVM THEOLOGI
 CHRISTIANI.

CÁPVT PRIMVM.

D E D E O.

P. 215. §. 72.

Ita reformatur: Si Deum (הָאֵל, הָאֱלֹהִים, Θεός) di-
 cimus, eum, natura monitore et adsentientibus
 scriptoribus sacris cogitamus, qui est rerum
 omnium, quae existunt, creator et gubernator,
Es. 42, 5. 45, 8. Ps. 146, 6. Act. 14, 5. 1. Cor. 8, 6.
12, 6. Rom. 11, 36. sive, praeeuntibus libris Chri-
 stianis, pater i. e. auctor et rector communis,
1. Cor. 8, 6. In qua definitione, apta et distin-
 eta, (nam ea satis perspicue ab ipso mundo, re-
 busque singulis, ad quas interdum nomen divi-
 nitatis perperam translatum est, ac aliis, qui
 op-

opinatione tantum Dii essent ac praesidere non-nullis universi partibus putarentur, *1. Cor. 10, 19*, discernitur), dein populari, atque ad gig-nendum venerationem, timore et amore, ad-commodata nos quoque subsistimus.

p. 216. lin. 9. Ab hac Sic lege: Eam in ipso Mo-saïcorum librorum limine positam videmus *Gen. 1, 1*. ab ea Paulus, Evangelii praece, institutionis suae primordia capit *Act. 17, 24*.

p. 216. lin. 20. Infere: Neque differt *patris cogno-men*, in quo coit idea auctoris ($\xi\zeta\acute{\epsilon}\tau\alpha\pi\alpha\gamma\tau\alpha$) et gubernatoris ($\delta\acute{i}\acute{\epsilon}\tau\alpha\pi\alpha\gamma\tau\alpha$) et praefidis ($\acute{e}\iota\acute{\epsilon}\acute{\delta}v\tau\alpha\pi\alpha\gamma\tau\alpha$) immensae familiae, adiuncta benevolentiae et curae providae notione.

p. 218. Obs. 2. penitus tollenda est, in cuius locum substituimus: Obs. 2. Frustra quaeritur, nec enim rationibus certis expediri unquam poterit, unde homines ad persuasionem de numinis cuiusdam existentia devenerint, utrum revelatione, quae mentem anxiam et curiosam, exquiren-tem rerum origines, ac fluctuantem inter dubitationes plu-rimas ac vehementes, optantem, cupientem, sperantem, deduceret, visibili quadam specie, ad sensum divinitatis, an vi animi insita, cum mens, perfectionis suae, utut tenuis, conscientia, e tanta mole rerum obviarum, insignique ordine ac eximia virtute, tardius quidem, suspicari disce-ret, esse ens quoddam, maiore perfectione, vi, sapientia praeceilens. Ita contemplanda rerum natura ad persuasio-nem de numinis existentia viam apertam fuisse Paulus te-statur *Rom. 1, 20. Act. 17, 24*. Neque tamen sibi repugnat, cum *Ebr. 11, 6*. fide existentiam numinis intelligi astterit.

asserit. Nam profecto numen non est ex eo genere rerum, quod adspectu patet, vel sensibus percipitur, vel experiendo cognoscitur; nec formula; Deus existit, ad id genus propositionum referri potest, quod nativa quadam evidentiā percellit, vincit, omnem dubitationem, incertitudinem, negationem, excludit, quod est in veritate mathematica: sed animus ad eum, tanquam existentem, fertur *fide* quidem, quae in omni persuasione de rerum inadspectabilium ac a sensibus remotarum existentia locum habet et exercitium, sed *fide*, non coeca, quae testimonio aliorum temere adhaerescit, nec aliis argumentis opus habet, nec ea, quae fertur ad revelationem a Deo factam, nam revelationi divinae considerare, antequam de divinitatis existentia persuaderis, per se absurdum videtur; verum *rationali*; i. e. ea quae oritur ex argumentis probabilibus, rerum naturam exquirit atque exinde iustis rationibus colligit, ens quoddam, sensibus impervium, esse, et agere, virtute invisibili, sed in ipsis effectibus conspicua. Hoc igitur statuere, est credere *Deum*.

p. 219. lin. 26. Insere: Ac non video, quomodo sanguis quis et aequus arbiter negare possit, esse sapientem aliquem dispositorem materiae, in qua tractanda, intuenda, comparanda humana sapientia quotidie exercetur, ad quam nemo accedit, nisi cum magna sapientiae expectatio; in qua nemo versatur, quin fateatur, egregie omnia ac gravi consilio instrui; et quae, quo quis animo excultiore fruatur, tanto facilius ordinem ratum et rectum exhibet. Vanum profecto et absurdum esset, in rebus confusis et turbatis ordinem, in dubiis prudentiam, in fortuitis cōsilia agnoscere.

p. 221. lin. 4. lege: Ceterum universa demonstratio, orta e scholarum artibus nec ingenio populari arridebit; nec ipsi philosopho satisfaciet, cum probandum erit, entis cuiusdam ideis semper respondere obiectum quoddam, et animum, foecundum in creandis rerum invisibilium notionibus, nihil configere, nupiam errare: cum in ideis de rebus, minime e rebus ipsis praesentibus et obviis effectis, res ipsas coram intueri opinatur.

p. 223. lin. 17. sic immutanda fuere: Neque enim consilium vitae nostrae existit sine moderatore, neque leges feruntur sine auctore, neque legibus auctoritas et effectus sine numine conservabitur, neque spes felicitatis, cuius profecto causae variae et impedimenta innumerā prostant, nisi rerum dispositore et rectore quodam suffulta, perdurabit.

p. 224. a fine Obs. 8. addē: Ceterum non est huius loci, exquirere ac definire veram *Spinozæ* sententiam, de qua nuper diversissimis, et studiis, et decretis discep-tatum est. Alter enim *Mendelsohn* Spinozam interpretatur, et refellit (*Morgenstunden Berol.* 785); aliter *Lacobi* explicat ac damnat; (*Über die Lehre des Spinoza*, 785) aliter *Herderus* refert et probat (*Gott. von I. G. Herder, Lips.* 1788.) aliter nos ipsi tentavimus sensum genuinum opinionis *Spinozæ* declarare in *Chr. Rel. Vn-terr. IV. Th.* p. 52. sq. ac componere. Viderint alii.

p. 227. lin. 5. a fine lege sic: copiam. Qua re *Hu-mii* commentum, de origine monotheisini, e polytheismo, et religionis e superstitione repetenda, infringitur: quod quidem hodie multi, Angli ingenio et celebritate corrupti, temere repetunt, aduersante historia, qua nos quidem duci, quam

quam coniecturis uti, malumus. Laudantur Aegyptiorum Phtha et Cneph, Persarum Mithras, Chinensium Chang-ti, Braminorum Wischnu, septentrionalium gentium Othinus, aliorum alia nomina, quibus spiritus, rebus omnibus vi ac aetate superior i.e. Deus distinguitur. In omni quidem systemate polytheistini reperias multas multorum Deorum generationes, et genealogias; adoptatos in Deorum numerum Deos novitios, quosdam e vicinia, alias ab aliis gentibus introductos, atque auctum indies Deorum numerum, et ingravescen tem. Paucos v. c. ab initio Roma coluit: inumeros postea advexit sive victorum iactantia, sive pontificum solicitude, sive plebis supersticio, sive Caesarum maiestas. Idque in Graecia quoque et aliis regionibus evenisse constat. Sed si quis &c.

p. 230. Obs. 4. dele verba *Gentiles usque ad lineam penultimam paginæ et lege: Gentiles* quidem non una ratione nec simul ad superstitionem delapsi sunt. Originem polytheismo sine dubio dedit familiarum et populorum diversitas, dum numinibus, quae quisque coluit, diversa cognomina tribuerent: quo factum est, ut tot Dii credarentur, quot nomina divinitatis extarent. Accedit studium, succurrenti imbecillitatì humanæ, quae facile memoriam rerum invisibilium excidere patitur ex animo. Huic ut obviam iretur morbo, alium, multo periculoiore, induxere, symbolis divinitatis uti, quorum aspectus commonefaceret mortales de praesentia numinis. Itaque alii lapides, alii truncos, barbari barbaros, informes fere et portatiles Deos repere, (ad quod genus sine dubio Teraphim referri debent Gen. 31, 19.); alii solis, siderumque aspectu laetabili et influxu benefico permoti, in his quasi divinitatis sedibus, numinis maiestatem coram intue-

Död. Acceſſ.

C

ri,

ri, admirari, adorare voluerunt: alii imaginibus usi sunt ad significandam Dei praesentiam, ad adumbrandas eius affectiones, *hieroglyphorum* more. — Tum vero velut e gurgite vasto superstitione prorupit. Nam tot sunt dii induiti, quot numinis constitui potuere symbola, quot imagines attributorum numinis artificio *Φαντασιας* humanae aut adhibitae essent e rebus obviis, v. c. sole, leone, anulo, manibus, oculis, in quibus figuris vitae, virtutis, aeternitatis, potentiae, prudentiae notio latuit, aut etiam, ut est ferax ingenium humanum in confingendis rebus, inepte componerentur. Adhaesit igitur vanitas humana rebus sensibilibus; ad has et nomen et cultum divinitatis detulit, atque sic sensim evanuit ipsum numen, quod propriocolui debuit sub his figuris. Rom. I, 21. Accessit quoque admiratio et reverentia herorum, imperatorum, regum, quos ad astra translatos videmus poetarum cura, et *ἀποθεωσει* consecratos. cf. IS. VOSSIVS de origine et progressu idolatriae. EBERHARD *Apol. des Socrates*, T. II. p. 474. et CHRIJH. *Religionsunterricht*, T. IV. p. 148. sqq. *Dualismus*, cuius Persae in primis insimulantur, qui duo principia, alterum boni, Oromasden f. Ormuzd, alterum mali, Ahriman, docuere, non repugnat, in originibus suis Monotheismo, cum illi hos rerum bonarum malorumve auctores *uni* Deo Mithrae subiici defendant. *Christianorum* &c.

p. 240. §. 78. sic inchoat: Adducimus autem *natura magistra* ad cognitionem Dei, dum, quod est praestans et excellens in rebus creatis, earum auctori componimus.

Ibid.

Ibid. a fine §. additur: cum nec quid proprie in Deo sit, nec quale quantumve id sit, nec omne, quod in eo existit, intelligimus. (§. 76.)

p. 245. l. 15. adde: *Mille anni sunt tibi sicut dies hesternus, aut trihorium nocturnum.* Longissimum, quod vita hominis emetiri poterit spatium, annorum mille, si cum duracione numinis comparetur, est quoddam quasi temporis momentum. Amplissima periodus temporis Deo est brevissima et quasi momentanea.

p. 246. lin. penult. dele: Moses — nulla.

p. 257. lin. 20. Iam sic vertimus: *O admirabilem mihi intelligentiam! et conatu meo sublimiore!*

— — — — sin ad orcum demittar: tu ades! *Sive ad oras aurorae,* ad extremum orientem (אַתָּה בְּאַרְצֵי) non modo sunt aliae verum etiam extremum quodque, fines regionis, cf. *Ez. 24, 16.*) deferar: *sive* &c.

p. 261. §. 86. sic effertur: Illud quoque debet esse persuasum, non modo multis nominibus antecellere scientiae divinae modum formamque imbecillitatem nostram, cui non opus fit acquirere notitias novasque formare rerum ideas, (simultanea scientia), vel instrui a quopiam *Ez. 40, 13. 14.*; cui nihil sit vitii vel erroris admixtum (*verissima*); nihil confusum vel obscurum (*distinctissima*); dubium nihil vel ambiguum (*certissima*); sed etiam in hac ipsa scientia divina eiusque modo plurima, plane impervia animo nostro, reperiri.

p. 261. lin. 25. *distinguit*) adde: qui ad minutias usque singulos novit *Matth.* 10, 30. is habet distinctissimam cognitionem singuli, nec illi opus est, &c.

p. 262. Obs. 2. *involvendi*) *Job.* 5, 12. *Deum*) 1. *Ioh.* 3, 20. *infallibilem*) *Ioh.* 17, 17. *sentiunt*) *Job.* 24, 15. 16. qui calumniis anguntur *Pf.* 7, 10. *Job.* 16, 19. denique qui tacitis doloribus anguntur. *Pf.* 139.

p. 265. a fine Obs. 3. subiunge: Ac cum videam, multos iudicii de consiliis et finibus divinis difficultates reformidare, sive ideo, quia necessitati, quae libertatem consilii excludit, omnia parere putant, sive quoniam expectata rerum utilitate parum tuto colligi putant, Deum huius utilitatis causa res creasse, instruxisse, ordinasse: hoc maxime expendi cupiam, primum, legum naturalium necessitatem pendere a consilio divino ac finibus, quos consequi voluit; deinde absurdum videri, dubitare de consilio divino in rebus creandis et instruendis, tum, cum res ipsae aliter efformatae esse conservare non possent; denique intellectum, omnium absolutissimum, sine dubio praevideisse utilitatem omnem, quam ingenium humanum atque quocunque aliud ens e rerum obviarum intuitu ac usu ad se derivare posset: atque, cum vellet rerum omnium felicitatem, voluisse, ut quanta quaeque aut praestare a percipere posset, comoda, tantis sive procurandis sive fruendis apta reperiretur.

p. 265. Obs. 4. a) *independens*) et neminis consilio, hortatu, admonitione adiuvetur.

p. 269. §. 89. Initium §. sic struitur: *Affectiones* divinae voluntatis, quam cum voluntate nostra componere, non caret omni periculo, sunt.

p. 270.

p. 270. §. 90. *Libertatis, quam voluntati vindicamus, natura hoc fert, ut nulla re alia, quam rationis vi, cogatur.*

ut aliud) quam quod optimum esse iudicat, velit.

libere) h. e. solo rationis iudicio inductus, velit ac proponat conditionem.

p. 278. §. 93. *inchoat: Studium boni rectique sanitatis dicitur.*

Ibid. verbis quae salubriter agunt substitue: quae legitime sunt.

p. 281. ad finem Obs. 3. adde: *Alii denique bonitatem actionis ab intrinseca eius natura et conspiratione cum ratione pendere defendunt: apte ad dignitatem et praestantiam actionum tuendam et commendandam: nec tamen ita, ut omnis utilitatis et felicitatis rite constitutae ratio penitus excludatur. Verum haec ad philosophos pertinent.*

p. 283. lin. 5. *coniunctionem) et cum ratione et consilio entis, ratione praediti, confessionem.*

p. 286. lin. 4. *a fine ita mutavi: Sunt tamen non tantum in his quoque multa, minime necessaria et veluti indulsa a recti studiis, verum etiam alia, quae cum nullo genere actionum humanarum naturali ac necessario vinculo copulentur sintque, nostro quidem iudicio, libera benignitatis quasi redundantis beneficia. Eo referri velim omnia, quae pendent a procuratione divina, res nostras ita moderante, ut quisque actionis suae fructus naturales certius, faciliusque percipiat, utque, praeter eos, bonis*

uti fruique queat, quae, et si iis virtus sine dolore et querelis careat, tamen multum conducunt ad vitae suavitatem, ac, quod maius est, animi recti demonstrationem, et pietatis edendae et exercendae facilitatem. Vide quae disputavimus in *Chr. Rel. Vnterr.* 5. Th. p. 45. sq. Haec quidem in hac vita prostant: alia post eam speramus &c.

p. 296. ad finem §. 94. subiunge: Eum metum, more humano, iuramento quoque avertit.
Ebr. 6, 13.

p. 299. Insere §. 95. post 1. *Iob. 4, 8. 16.*)
(nam qui nobis tot tantaque beneficia tribuit,
Iac. 1, 17. beneficium se se demonstrat: nec benevolentia est sine benevolentia, et amore) atque in primis nomine patris significatur.

p. 303. ad finem Obs. 4. adde: non modo, quod nos amaverit, antequam ipsi fuimus, aut mundus fuit, verum etiam, quod sine ulla mutatione res creatas iuvare aequo usque duraturae sunt, procurare velit.

p. 307. Obs. 3. subiunge: Neque tamen utrumque genus valde differt; nam.

p. 312. a fine Obs. 1. adde: Itaque ἀγιασται ὁ θεος οὐραναὶ γένεσι, dum colitur a creaturis.

§. 100. edoceamus) de rebus divinis, nostro intellectui imperviis: cuius generis est dogma, naturam &c.

p. 317. lin. 23. insere: Constat enim est declaratio N. T. patrem nobis misisse filium; per quem salutem hominum procuravit, ac largiri Spiritum suum, cuius ope

et auxilio animus Christianus adducitur ad veritatem, et sanctitatem, adeoque felicitatem, quae veritatis usu et animi emendati conscientia acquiritur.

p. 320. lin. 16. adde: Neque a profanis scriptoribus aliena fuit formula, non modo in Deorum genealogiis consignandis, verum etiam in laudandis viris, virtutis praestantia insignibus: quos Θεογένεις saepius dixerunt.

p. 323. lin. 7. *notum*) adde: neque formula haec consentit cum Iohannea, quae simpliciter λόγον, non λόγον Θεόν, laudat.

p. 323. lin. 4. a fine: post vocem posse, additur: neque multum differt ab hac explicatione alia, proposita a Ven. STORR *Ueber den Zweck der Ev. Gesch. Ioh. Tub.* 1786. p. 49. qui interpretetur sicut legatum divinum illo vocabulo designari censet. Liceat nobis pauca addere superioribus curis. Quisquis &c.

p. 324. lin. 6. post apparuit, dele: cf. quoque usque ad vocem perspiciam, et substitue: Sed haec omnia magis probant, dari expositiones formulae, quae non sunt adversus analogiam, quam, quod est praecipuum, ex usu loquendi certo definiunt, quae sit vocis λόγος potestas, Iohanni obvia. Nobis quidem post repetitas curas persuasum fuit, primo formulam ipsam sumi e philosophia illorum temporum et theologicis controversiis, in scholis Iudeorum agitatis, praecepit in ea classe, quae Iohannis Baptistae decreta sequeretur et commisceret opinionibus suis; unde post Sabaeorum disciplina originem duxit. Namque horum decretorum spectare Iohannem, nemo hodie negabit: iisdem autem plurimas formulas philosophicas immisit.

sferi, e reliquiis scriptorum Sabaeorum patet: *deinde λόγον* optime verti: ens summa ratione praeditum. Nam et in genere omnia omnino entia, intelligendi facultate praedita λόγος vocant Iudei (Sap. 18, 15.) et scriptores antiquissimi Christiani, et consentaneum est, quem ad modum πνευματα dicitur *is*, qui omnium πνευματων princeps est excellentissimus, ita λόγον vocari eum, qui supra omnes λόγουs s. entia ratione praedita, vi rationis eminet, i. e. ens λογιστάτων. Vtunque tamen exponas λόγος titulum, λόγῳ suo *Iohannes* omne id, quod divinitati proprium est, existentiam ante mundi natales, ipsiusque mundi creationem tam clare tribuit, ut id, nisi quis cupiditati nimis indulserit, quomodo in dubium vocari, nedum negari queat, haud perspiciam.

p. 325. a fine Obs. 3. laudatis scriptoribus subiunge: inpr. JOH. AVG. NOESSELT interpr. gramm. Cap. IX. Ep. ad Rom. in eius Opusculis. Fasc. I. p. 158. sq. (Hal. 1785.) et KOPPE ad h. l.

p. 330. lin. 2. §. 106. post Ebr. 1, 3. adde: *Quid omnia se habere et praestare, quae Pater habet et praefat, ipse Christus defendit. Iob. 5, 21. 27. 10, 28. 29.*

p. 331. 1. 23. adde: STORR *Erkl. des Br. an die Hebr. Tub.* 1789.

p. 334. §. 107. Scriptoribus laudatis adde: I. FR. FLATT *Comm. in qua symbolica ecclesiae nostrae de deitate Christi sententia probatur et vindicatur. Goett.* 1788.

p. 394. §. 108. sic effertur: *His convicti Christum, qui homo vixit inter homines, non tantum-*

tantum in eminentiore dignitatis fastigio collo-
cari, verum etiam eodem cum patre cultu pro-
sequendum esse, pie profitemur.

p. 340. §. 111. post *Ebr. 9, 14.* adde: et
procuratio emendationis ac virtutis omnis, quae
iam ad Deum, iam ad hunc Spiritum, refertur.

p. 350. l. 22. locum *Esaiae 61, 1.* sic vertimus: Ie-
hova misit me et Spiritum Cyri, i. e. Cyrum πνευματο
θεον praeditum et actum, cf. versionem nostram *Esaiae*
ad h. l. Norib. 1789. Ed. 3.

p. 363. Obs. 2. subiunge: I. L. ISENBEIHL *de rebus*
divinis Traitiatus. Mogunt. et Erf. 1787. 4.

p. 378. l. 13. Consentit) adde: BASILIVS ep. 52. ad
Canonicas T. III. opp. p. 145.

p. 380. lin. 15. infere: cf. WERN. CARL. LVDW. ZIEG-
LER *theol. Abhandlungen.* Goett. 1791.

p. 381. l. 10. uberior exponui: BASILIVS *L. II. adv.*
Eunom. p. 749. Eunomium accusat, quod *primus* inde ab
aevio Christiano indignius de Spiritu S. docuerit, eumque
πνευμα τε μερογενες esse defendet, cf. RÖESLER *Bibl.*
der K. V. P. VII. p. 30. sq. Adversus eum libro sin-
gulari disputat, in quo semina vulgaris doctrinae proiiciuntur.
vid. RÖESLER l. c. p. 40. *Dei &c.*

p. 382. l. 21. adde: E. PROCOPOWICZ *christiana theo-*
logia orthodoxa. Vol. I. Lips. 1782.

p. 383. infere: Obs. 5. Multo autem minus attinet
relegere opiniones et somnia patrum quorundam, quibus
illustrare hoc mysterium et differentias personarum expo-

nere conati sunt; iam e diversa earum erga rēs creatas relatione v. c. cum BASILIVS ad Amphiloch. patrem vocat in creatione την προναταρκτικην χίτιαν, filium την δημιεγγικην, Sp. S. την τσλειωτικην; iam imaginibus rerum corporearum, in quibus adfectiones variae dignosci possunt, et si natura communi promanentes, v. c. cum patrem scaturigini, filium fonti, Sp. Sanctum fluminis, vel patrem soli, filium radio, Sp. S. luci comparaverunt. vid. GREGOR. NAZ. Or. XXXI qui multas eiusmodi dictiones ut incautas et parum probabiles reiicit.

Obs. 6. Patescit ceterum, sive ex originibus formularum, sive e re ipsa, cum non constet, an earum auctores et fautores definitas ideas iis subiecerint, qualesve habuerint, nec nobis cum formulis his praescribi potuerit earundem notionum esformatio: *primum*, nos pie et vere conservare doctrinam orthodoxam, dum errores vitamus, quos aut notari aut caveri patres his formulis voluere, adeoque *tum* negamus filium et Sp. S. esse qualitates s. adfectiones patris, ac unum quemque propriam subsistentiam habere defendimus (hoc dum tenemus, tres *personas* profitemur), *tum* filium et Sp. S. e genere creaturarum ceterarum eximimus, tenemusque eos natura insigniri, quae nihil habet cum εστιαν rerum creatarum commune et minime communi harum vinculo cum Patre omnium copulari (hoc esset profiteri ομοσπιαν cum Deo). *Secundo*, nos conservare religionem antiquam sancte et inviolate, si hos tres, quos Ecclesia coluit semper, *cultu so ciamus*. Credis in patrem atque ab eo salutem speras: pie agis, verum eadem salus a Christo expeti debet; eadem a procuratione Spiritus S. derivari. Felicitatem non aliam

aliam alias tribuit promittive: quomodo non honore socias tres, qui communi voluntate et vi haud disiuncta te beatum reddere cupiunt? *Tertio*: panceos in Ecclesia suis, quorum temeritas, praesumens se ingenio, suo naturam horum perspicere posse, auderet quidquam de interna eorum erga se invicem explicare statuere, nedum praescribere. Neque igitur postulat Ecclesia, ut nos positive adferamus aliquid de eorum natura nobis impervia, sed lumbenter concedit, erroribus Sabellii, Pauli Samosatepi, Ariif et Eunomii, Photini et Macedonii aliorumque vitatis, ut aut ignoremus, qualis filius et Sp. S. sit, aut, ubi desiendium esset, nostro iudicio regamur.

p. 383. lin. 5. a fine: post produnt, adde: ac Scholastici, *Lombardus* maxime, eadem ratione philosophantur.

p. 384. l. 6. infere: Eodem fere declinant LESSINGIANA philosophemata (*in LESSINGII theol. Nachlaß. Berlin. 1784.*)

p. 394. lin. 4. a fine post patres infere: qui universam hanc disputationem ad γνῶσιν h. e. theologiam retulerunt.

p. 395. l. 9. adde: Digna quoque, quae conferatur *Gregorii Nazianzeni* Or. XXVII. et XXVIII. p. 487. sq.

CAPVT SECUNDVM.

DE CREATIONE.

Pag. 398. §. 118.

Lege: adiumentis et partibus erit.

p. 403. §. 122. ita proponitur: Narratio, quae in libris Mosis de originibus rerum continetur, a Mose ipso non per revelationem est accepta, sed e traditionibus antiquis consignata, quae quia auctorem obscurum habent, cupide arripi et fidem regere non possunt; quia inter se non omnino concordant, e diversis fontibus manarunt; et, quia cum aliis aliarum gentium traditionibus fere conspirant, ob antiquitatem expendi merentur. Nec itaque ex illis aliquid definiri potest quanquam parum refert ad religionem, accuratius nosse rerum origines.

p. 405. Obs. 3. sic inchoat: Multo autem minus probabilis videtur eorum ratio, qui Cosinogoniam ad narrationem Geneseos invito auctore, definiunt. Is quidem, qui hanc sive excogitavit hypothesis, sive per traditionem accepit, haud omnino &c.

Adde Obs. 4. Quisquis auctor fuerit Geogoniae Moysicae, Mosen certe collectorem potius, quam auctorem huius traditionis dixeris. Nam cum universus liber Geneseos constet fragmentis historicis, quae Moses congesit, dubitari nequit, quin et in primis capitibus vetustiora monumenta contineantur. Accedit tum stylus diversitas; tum ipsius narrationis ordo parum probabilis; narratio, non omni-

omnino secum constans; nominis Dei ratio diversa, et s. p. unde colligitur, diversas esse traditiones, quas Moses compilavit. Ac, si quid iudico, Aegyptiacam et Arabiacam Caput primum conservat; Assyriacam s. Semiticam caput secundum et tertium. Vtque igitur auctor mythologus est, ac univerfa narratio e modo mythorum aestimari debet, in quibus semper res in facto posita, ac minime confusa, fundamenti loco ponitur, ceterum alia sive propter ornatum et vitam narrationis, sive ob quandam utilitatem moralem immiscat poetae ingenium.

cf. BECK *diff. de fontibus sententiarum de creatione*,
Lipf. 1782. EICHHORN *Vrgeschichte*, herausgegeben von
I. P. GÄBLER Altd. u. Nürnb. 1790. Kritischer Versuch
über die mosaïsche Vrgeschichte, Halle 1788. HERDER
Ideen zur Philosophie der Gesch. der Menschheit, 1785.
P. II. und neues Repertorium für bibl. und morgentl. Li-
teratur von Paulus, 2. B. Ien. 1790.

p. 405. §. 123. sic inchoat: Traditio Mosai-
ca prior capite primo orbis nostri &c.

p. 407. §. 124. post vocabula: *ratio crea-
tionis* infere: secundum illam traditionem fuerit.

§. 125. sic reformatus est: Cum primarium
Mosis in libro geneseos adornando consilium tum
ad historiam spectet, tum ad religionem, h. e.
ad commendanda religionis suae capita antiquis
decretis ac traditionum fide: in promtu est in-
telligere, eum non potuisse dubitare, quo mi-
nus hanc narrationem, simplicitate et habitu ad
reli-

religionem h. e. cultum unius numinis commendabilem, adoptaret, ut Israelitae discerent, fidem de Deo, rerum omnium auctore uno, ex antiquissimis carminum monumentis tenere, atque hoc Numen, abiectionis polytheismi erroribus, revereri.

p. 410. Obs. post *divisio*, adde: non ad artis systema quoddam adornata; sed ex ipso rerum aspectu petita et obvia.

p. 411. l. 1. §. 127. lege: quamvis haec omnia statui ab auctore maiori veri specie sumatur, quam negetur.

l. 4. lege utrum Moses, sive quisquis auctor narrationis fuerit.

p. 412. l. 5. adde: DE LVC *Briefe über die Gesch. der Erde u. d. Menschen. T. II.*

p. 415. l. 18. adde: Denique non possem hoc consilium, utut sanctum et salubre, conciliare cum hypothesi, quam ipse Vir celeberrimus maxime exornavit, Mosen in componenda hac traditione nullas habuisse partes, verum eam ab antiquitate repetuisse. Ac satis clare, quid sit ΘΥ, traditionis auctor ipse definit, ut alias hypotheses et interpretationes excludat.

p. 416. l. ult. adde; post configunt: et si teneas, auctorem narrationis Capite primo in declaranda genesi orbis ob oculos habuisse exempla regionum vel insularum, quae interdum solent e mari erumpere, forsan ipsius Aegypti, quam post nuperos Nordenii, Volneii, Savarii, aliorum

rum disquisitiones e mari prodicisse non dubitaverim. Si igitur Mosaiicas hypotheses audias, capite primo nebulis &c.

p. 417. l. 7. dele: *Asiae in regionibus sita.*

l. 11. dele: *frequentiores nebulas exhalans. Gen. 2, 6.*

Ibid. a fine Obs. 3. adde: Sic quidem habet traditio Capitis primi, quod finit in institutione sabbati Cap. II. I — 3. Aliam viam tenet narratio altera, nata, si quid iudico, in Mesopotamiae provinciis, ac petita ex adspectu regionis fabulosae et desertae. In ea primum terra arida, vacua sterilis cernitur: sed nebulae superveniunt languori, irrigatur tellus, fit praegnans, incipit herbis, floribus, arboribus beatius virescere; atque accidente hominum cultu et studio efflorescere.

p. 421. lin. 17. adde: quanquam non ausim ab uno tempore concludere ad omnia.

p. 425. Obs. I. post *angelorum*, adde: quos forsitan prima aetas ignoravit.

p. 426. a fine Obs. I. adde: Ac nemo dixerit, omnes simul et eodem tempore debuisse produci: quin, si conjecturis duci nos patiamur, non esset absurdum statuere, quosdam ex inferiore Spirituum classe evehi ad maiorem et vim et dignitatem, ac nobilitatem angelorum adsequi.

p. 435. lin. 4. post *haerere*, insere: dummodo nos persuadeamur, eam non semper adspectabili modo nobis opitulari, sed multas persequentem vias, multisque rationibus, nobis non semper cognitis, nos ducere ad felicitatem, ut et vitam agere inter tot pericula, sine follicitudine, et mori, securi de futura nostra commemoratione possimus. *Pf. 91, II. 34, 8. Luc. 16, 22.*

p. 435.

p. 435. §. 138. adde: post 1. *Theff. 4, 16.*) *It-*
dae 9. et post *Zach. 1, 11.*) *Eph. 3, 10.*

Obs. 1. stantem coram Deo h. e. primariae dignitatis
ministrum *Luc. 1, 19.*

p. 437. Obs. 2. *describere* et singulis nomina, hebraea
maxime, imponere, ausa est. Iudeorum studia cognosci
possunt e *BVXTORFII Lexico Talmudico* in indice: *ange-*
lorum nomina.

p. 440. l. 4. adde: in *Diff. philologico-criticis* (Goth.
et Amstel.) 1790. p. 275.

a fine Obs. adde: cf. etiam DATHE V. V. *Iobus.* (Hal.
1789.) p. 171. sq.

p. 444. §. 141. corrige *rationem humanam.*
— — — — — *tamen non is sum, qui ubivis in S.*
Scr. τον διαβόλον indicare malum morale defen-
dam, omninoque existere spiritus, — — — — —
in quibus opportunum et consentaneum fuisset,
errorem et superstitionem, si quae inhaereret
auditoribus refellere, *Iob. 8, 44.* *Luc. 22, 31.*
vel ob claras de miseria diaboli descriptiones.

p. 444. Obs. 1. penitus sublata est, et sic efformata:
Facile conceditur, uti spero, Christum et Apostolos re-
perisse inter Iudeos decreta de Diabolo, spiritu improbo,
malorum praeside, hominum inimico, veri rectique adver-
fario: verum *origines* huius opinionis vix ad liquidum
perduci poterunt. Nos paucis observationibus defungemur.
Atque hic nos non moratur hypothesis eorum, qui in an-
tiquissimis monumentis s. mythis de peccato primorum ges-
neris humani parentum, Satanam s. Diabolum sub nomine
serpens

serpentis describi existimant. Nam qui huic opinioni praefidia disposuere certa ac argumentis ratis communia, nullos novi: ac res ipsa inferius (§. 178.) discutietur. Alii *Iobi* librum antiquissimum laudant paremque opinioni de Diabolo aetatem constituant: sed Satanus, quem Iobaea narratio inducit, utrum e malis spiritibus fuerit, non intelligitur ex illa fabula ac fede, praecipue cum facultatem nocendi ab ipso numine accipiat, Deique mandata quaerat primum, deinde exequatur. Denique *Zacharias* laudatur, nec tamen apposite ad hanc causam. Namque senioris aevi scriptor fuit, et visionibus, in quibus frustra veritatem rerum gestarum quaeſiverit interpres, angelum διαβόλον induxit, et haud definivit, bonusne is an pravus animo fuerit. Itaque consentaneum est, sumere, Iudeos in exilio in eas opiniones deductos fuisse, decretis barbaris et philosophiae exteræ studio. Nec, si quid iudico una via eo deveneret. Alios orientalis philosophia feduxisse videatur, alios Aegyptia, paucos graeca, cuius vel ipsius natales in Aegypto et Oriente quaeruntur. Ac cum per se proclive est ingenium humanum ad notitias novas et sublimiores, Iudei, spreti ab aliis propter barbariem, ut contemptum effugerent, sapientias quoque exteræ studio incubuerent, ac aemuli laudis aliorum, patriis opinionibus barbaras facile immiscuerent, hasque cum illis conciliare amisi sunt. Ex hac itaque patria ad eos migravit traditio de malo spiritu, de daemonibus, de imperio eorum et alia. Idque his potissimum argumentis intelligitur. Primum nulla, uti diximus, vestigia huius opinionis extant in libris antiquis, ante restitutionem ab exilio conscriptis; tenuia sub exilii tempus. Nonne igitur tum demum adoptantem eam fuisse contendas, cum inter alias gentes viverent

Dud. Access.

D

atque

atque discerent? Deinde graccorum quoque decreta similia ex eodem fonte fluxisse, non est obscurum. *Plutar-chus* quidem *Empedoclem*, qui primus inter graecos videtur bonos malosque daemonas distinguere et plura de his tradit (*Plutarch. de Isid. et Osiride T. II. Opp. p. 361.*) a barbaris h. c. ex Oriente hausisse innuit (*de ora-cul. def.*). Ne dicam *Pfellum*, *de operat. daem. a Mar-co* quodam, *chaldaeorum* ritu imbuто, multa didicisse, ad antiquae superstitionis formam composita. Nec urgeam, Talmudicos libros testari, patres suos Angelorum et Daemonum nomina ex Babylone reportasse; nec denique attinet monere, Iudaicas opiniones de Satana valde vicinas reperiri orientalibus, i. e. Chaldaicis et Persicis decretis de Ahrimanio, s. principio malo, atque impietatis ac infelicitatis quasi antesignano et rectore. Haec quidem omnia eo collineant, ut haud frustra statuatur, Daemonis patriam in *Oriente* sitam fuisse. Sed et *Aegyptus* eum aluit. Constat enim, interpretes V. T. graecos, *Aegyptiacae disciplinae* alumnos, hypotheses de daemone transtulisse in versionem suam, nec etiam favente textu hebraeo. *Deut. 32, 32. Ps. 91, 4, 5.* Eadem *Aegyptus*, superstitionis ferax, auctorem *Sapientiae Pseudo-Salomoneae*, qui multa loquitur de Diabolo, formavit, in eadem *Philo*, graecae philosophiae, quae, ex Aegypto in Graeciam derivata, novis, ut sit, accessionibus eo refluxit, studiosus, daemonum imperium et alia mysteria docuit, composuitque cum libris patriis; ex eadem *Gnosticorum* familiae prodiere, qui studio entium intelligentium abrepti multa de daemonum natura, vi, imperio docuerunt, nova quidem et inaudita, sed ingenio magis quam rationis virtute commen-dabilia. Hinc patet, *Aegyptiam* disciplinam commentis

de

de Diabolo favisse: atque Iudeos quoque in Palaestina potuisse corrumpere. Has itaque hypotheses *Christus* suo tempore in vulgus notas reperit, in sermonibus suis cum Iudeis persecutus est atque, uti videtur, consensu suo comprobavit. Id utrum persuasus de Diaboli existentia eandemque persuasurus egerit? an accommodate ad commenta vulgaria? non ausim definire. Haec tantum admovere liceat: *primo* id genus decretorum non fuisse ex eo genere, quae quia cum periculo veritatis prosternuntur, sensim ac circumspecte eripi ac impugnari possunt ac debent. Nam Sadduceos, qui negarent Daemonum existentiam et vim, publice et sine invidia ac periculo vel religionis vel auctoritatis suae docuisse legimus in sacris Evangelii: *porro* non adeo coniungi cum ipsa religione hanc traditionem et fidem, ut eam aut ob discrimen insigne aut ob utilitatem magnam convellere vel statuere oportuerit. Nam omnes creaturarum classes viresque dignoscere, non attinet ad cultum divinum, sed eruditorum, qui se putent, ingenio, ausibus, iudicio relinquunt, quorum est, causas rerum indagare, versari inter res mere intelligibiles, extra hunc orbem liberius vagari, et ignorantiae suae veluti velamina texere hypothesibus, in quibus acuminis quaedam vestigia et fraudes facile intelliguntur. Ac quis unquam docto popularis errores omnes aggressus est et profligavit? *Tertio*: Iesus, ubique Diaboli mentionem iniicit, nuspian ita differit, ut aperte pateat, eum vulgaribus opinionibus calculum adiuvare. Nam *Cap. octavo Iohannis v. 44. sqq.* manifestum est, eum κατ' αὐθεωπον disputare adversus Pharisaeos ac formulis et decretis uti adversariorum, quibus hos vide-ret certissime iugulari posse. Profecto non omnis confer-

tire putandus est, cum non repugnat: nec foveri errorem existimaverim, quem refellere omiseris; nec opinio, quae posteris temporibus perniciofa facta est, tum noxam aliquam rei Christianae aduluisse cognoscitur. Hoc tamen concedi mihi postulem, Christum nulla ratione impedire vulgarem opinionem de Diaboli existentia, vi et studiis, sive quia non erat cum religione coniunctum, decreta ista tangere; sive quia sapientis magistri est, popularium formularum involucris uti ad puriorem veritatem exponentiam et commendandam. Denique Apostoli quoque non excluserunt ab institutione Chr. hanc materiam, etiam tum, cum Christianos, e gentibus profanis coactos, docerent, quos Iudaicae de Satana opinionis aut superstitionis rudes fuisse ante conversionem, sponte intelligitur. Cum his igitur Paulus et Iohannes non dubitant philosophiae Iudaeae formulas communicare iisque ad commendanda Christi beneficia *I. Ioh.* 3, 8. ad declarandam impietatis et erroris foeditatem *Eph.* 2, 2. *I. Ioh.* 3, 7. *sq.* ad praemunendum adversus vitia *I. Ioh.* 3, 11. uti.

vid. *Diff. nostr. de redemptione a potestate diaboli insert. Opusc. theol. p. 93. sqq.*

p. 448. l. 16. rectitudo) reliqua corrige: sed *veritas*, errori opposita, in primis in religione, a qua defecisse Diabolum Iesu declarat,) *nec in eo veritas quaerenda: delectatur mendaciis*, idolatria, fictio Dei cultu, superstitione atque erroribus (namque haec ex usu hebraeo ψευδὴ dicuntur, *Apoc.* 21, 27. 22, 15. cum ψευδοπρηταὶ sint doctores, erroribus infecti, et ex more Apostolorum repetuntur a diabolo, v. §. 144.) eorumque et auctor et amicus habetur.

p. 451.

p. 451. l. 13. post *potuit* adde: cf. *Freymüthige Abhandl. über versch. Gegenst. Berol.* 1784. Ego vero, si fas est, analogiam persequi, ingenia, praeclaris dotibus insignia, cognovi ad scelus esse procliviiora, viriumque suarum sensu saepius audacius effterri atque, quanto magis virtutibus congenitis valent, tanto facilius viribus suis abuti. Nequissimus sane hominum pariter instrucissimus reperitur animi dotibus: ac quanto quis ingenio pollet, tanto maiore periculo, tum suo, tum aliorum, ruit ad sceleram. Quare &c.

p. 453. lin. 2. infere: eandemque sarem alii, etiam Lutheri tempore, fanaticis opinionibus infecti, professi sunt: quos nostri, ne eorum moliminibus seditionis favere crederentur, reiecere in *Aug. Conf. Art.* 17.

p. 454. l. 4. a fine sic lege: Denique τη̄ εξεσιᾱ τᾱ σκοτεῑς opponitur θαυματεῑα τᾱ ιν̄ θεο̄ς. *societas Christiana*, Col. 1, 13. Quemadmodum igitur quidquid est bonorum moralium et effectuum eius, id omne regnum Christi dicitur, ita quidquid abhorret a veritate, a virtute, a salute et felicitate humana, id omne ad regnum Diaboli referre decet.

p. 456. l. 14. post, *Ananiam*, adde: si l. *Cor.* 7, 5. ad ἀναστᾱιᾱ tentare, si *Luc.* 8, 12. verbum divinum rapere ex animis dicitur.

p. 457. lin. 1. lege: non enim a nobis pugna subiatur ἐν τοῑς ἐπεργασίοῑς i. e. in Ecclesia Christiana v. Cap. 1, 3. 4.

et tum dele lin. 4. voces: in his regionibus sublunaribus.

p. 458. adde: Obs. 4. Ceterum si quis his formulis
Scr. S. de Diaboli studiis apte ad religionis curam et
exercitia et caute uti voluerit, praefto sunt argumenta
fugiendi vitii aversandique sceleris. Nam qui peccat, dia-
boli similis fit atque similitudinem cum Deo, qua nihil
decentius existit et optabilius, amittit: *Ioh. 8, 44. 1. Ioh.*
3, 7 — 11. alieno imperio, impurissimi Spiritus, sese sub-
mittit, adeoque a beata republica divina secedit, *Col. 1,*
13. amat eum, qui odio erga genus humanum flagrat,
adeoque semetipsum odit. Nonne vero foedissimum est,
adversario Dei, inimico Christi, detractori humanae sa-
lutis adiungi? cf. omnino *Morus epitom.* P. II. §. 9 —
12. p. 80. sqq.

p. 468. Ad scriptores laudatos accedit: DIET. TIE-
DEMANN disp. quae fuerit artium magicarum origo &c.
Marb. 787. 4.

p. 475. §. 150. sic incipit: Origenes gene-
ris humani discimus e traditione *Gen. 1, 27. 2,*
7. 21 — 24. quae narrat, primum &c.

Adde: Obs. 1. Quae supra Cap. II. de Mosaicis mo-
numentis a nobis exposita sunt, nolumus hoc loco repe-
tere: sed lectores ad eam disputationem ablegamus.

p. 477. Obs. 2. pro *Moses* lege: auctor monumenti
Mosaici, accommodate ad sensum Orientis &c.

p. 482. lin. 12. corrige: ut ratio matura vi valeret
adversus debiliorem sensuum impetum, consequitur.

§. 157. lege ad imaginem *Dei*, qui corpore
caret.

p. 483.

p. 483. l. 10. pro demonstrant, pone: fuisse, innuit
in traditione Mosaica numinis interdictum.

p. 503. à fine Obsl. I. adde: Rursus cautum est, ne
homines redundant et nimiis vel citioribus incrementis in
nova pericula adducantur. Sic omni — — administrari.

Aet. 17, 25.

p. 504. lin. 22. ut necessitatem moriendi inferat) ad-
de: exclusis causis naturalibus.

lin. 27. pro verbis, *contra naturam*, repone: praec-
ter naturam, scilicet corporis, vi sua interna consistentis,
accidere &c.

p. 505. lin. 18. adde: Quae nos facile commonefa-
cient, quantum deceat Deo vitam omnem consecrare,
quae Deo subest, 2. Cor. 5, 9. numini permittere iudi-
cium hac de re, utrum, mori an vivere, magis condu-
cat Phil. 1, 21. sq. ac abstinere a praecepsitania sive con-
querendo, sive diiudicando, sicuti casus repentini nos
aliosve opprimant mortesque funestae, violentae, *praematura*e,
acciderint.

p. 511. à fine Obsl. 2. adde: aut sic, ut res ipsae di-
recte conferant ad consilium divinum, aut id saltem irri-
tum reddere non valeant. Neque tamen aliquis possit de-
finire curatius, quid agant causae, obviae et certae, vel
intra quos limites subsistant, et quid Deus agat.

p. 515. scriptoribus laudatis adde: ZOLLIKOFER Be-
trachtung über das Uebel in der Welt. Lips. 1775.



TOMVS. II. quibus rumpitur avor
di amissione et abusione. I. quibus se amittere possunt
arriditatis. — in TOMVS. II. quibus rumpitur avor

**LIBER SECUNDVS
INSTITUTIONVM
THEOLOGI CHRISTIANI.**

P. 1. Obs. 1.

Post praesentis, adde: quae maxime cernitur in metu —
p. 2. §. 176. tamen) si rectis rationibus exi-
gatur.

CAPVT PRIMVM.

D E P E C C A T O.

P. 4. §. 178.

Ita effertur: Antiqua traditio, quae peccati ori-
gines exponit, Genes. 3, 1. sgg. narrat, primos
homines, quos Deus plane immunes a vitio
creaverat, animi vitaeque suae puritatem ami-
sisse.

*corruerunt.) Reliqua sic immutata sunt:
Utrum autem naturali ipsius fructus comesti ef-
fectu, an alia probabili ratione evenerit, ac
unde universa traditio promanaverit, vix liqui-
do constat.*

p. 4.

p. 4. lin. 23. lege: ut equidem non possim non statuere, auctorem rem in facto positam voluisse expōnere, non autem pietatis adiuvandae causa, sub historiarum studiose confictarum, involuero veritatem moralem commendare, quod multi, apte ad nostros mores, sed parum exacte ad rationes antiquitatis, in primis mythologicae, volunt. Allegoriarum enim in moribus commen-dandis et regundis usus, seriore aetate, formatam disciplina et studiis eruditorum redolet: mythorum autem origo ex historia, poetico ingenio exornata et deformata in omnibus gentibus, nullam dubitationem, exempla ubi-vis obvia habet. *Iudaei &c.*

p. 6. lin. 3. a fine infere: Denique nuperam hypothesin GAMBORCHI, in l. *Nysa*, oder *historisch-philosophische Abhandlung über Gen. 2, 3. Eleutherop.* 790. propositam, nondum ita video constitutam, ut commen-dari mereatur. Nam Mosen figurās Aegyptias historicē descripsisse, nondum evictū est; nec lapidis a Norden (Itiner. Tab. 58.) descripti antiquitas constat; suntque aliae imagines similes in gemmis, in quibus nemo hieroglypha agnoverit. (vide c. g. SCHWARZ *diss. de lapsu primorum generis humani parentum a paganiis adumbrato. Altorfi* 1730.) nec auctorem traditionis universae equidem in Aegypto quaesiverim, cum ea Assyriacum ingenium spi-ret; nihil denique fallaciū reperitur, quam tabulas, tradi-tiones, personas, quarum memoriam mythologica et fabulosa aetas conservat, componere cum traditione in sacris literis obvia, in quo yarie a multis peccatum est.

p. 8. lin. 1. ut — experimenta fierent aut virtutis, componentis se ad legem divinam et bonum ea definitum,

et vitii, a bono ad mala devergentis, aut, ex alio vocum usu hebraico, *felicitatis ac miseriae*.

p. 11. l. 19. adde: Atque sic auctoris illius ingenium constat nihilque est, quod narrationi s. mytho repugnet.

p. 12. lin. 5. adde: ac omnis antiquitas post concordiam et pacem rerum omnium bella et infidias mutuas creaturarum exorta esse, tradidit ac tenuit.

p. 13. a fine Obs. 3. adde: nec religionem sed unice antiquioris opinionis et traditionis de peccati originibus rationem et fidem attingit.

p. 13. ad Obs. 4. adde: Optimum erit, narrationis didacticae sumam et caput tenere: fuisse causam externam, quae primos parentes gradatim ad dubitationem et errores de officio deduceret; eos repugnasse primum intelligentia et recti sensu, sed cupiditatem sensibus commotam prævaluisse ac viciisse rectum de officio iudicium, ac tandem a legis divinae auctoritate defecisse, i. e. coepisse peccare. vid. MORVS epit. p. 87. et eiusd. Progr. I. de notitia rel. cum rebus experientiae obviis copulata, in Opusc. ej. Lips. 1790.

p. 17. Obs. 3. ita incipit: Inter *mala* praesentissimum, iudicis, propter mali conscientiam, metum, excitatum et exasperatum tempestatibus crebris et continuis, Gen. 3, 24. eleganter pingit traditio Gen. 3, 8.

p. 17. lin. 19. Sequuntur *mala* reliqua, Gen. 3, 17. sgg. orta tum a mutato domicilio, nam e regione fertili s. paradiso, in loca inculta et parum frugifera devenere, unde victus vilior, duriores labores, vitae adversitates aliae mutati status beatioris sensum excitaverunt, tum a novis

novis et insuetis vitae suaे periculis et doloribus, in vi-
etū quaerendo, in graviditate et partu, in reliquis incom-
modis, iam noviter obviis, in mortis metu: quae omnia
etsi &c.

p. 18. a fine Obs. 3. adde: Mortis autem necessitas
inducta est ex ipso corpore sensim debilitato, laboribus,
molestiis, cupiditatibus et affectuum vehementia, et ex
defectu medicinae, (וְתַּחֲנֵן יְמִינָךְ) quae vires fractas recrea-
ret et vim corporis adversus morborum impetus robora-
ret. Gen. 3, 22. *sqq.*

p. 20. §. 182. *essentialē*) sensuum motus,
qui magis perturbant animum ac in id, quod
non decet, feruntur.

p. 21, lin. 4. adde: tarditatem in intuenda et cognoscenda
veritate et alia.

p. 24. l. 10. *αγρια* quoque dixerat, omnem cupiditatem hominis, solis sensibus indulgentem adeoque, quia nunquam recte agit, qui sine ratione agit, *pravitatem*.

p. 25. Obs. 1. post Rom. 7, 18 — 25. subiunge: cum declarat, quomodo ipse olim affectus fuerit et animatus, cum institutis Iudaicis teneretur ac regeretur, faventibus cupiditati ac sensibus, impedientibus autem rationis studia et decreta.

p. 29. a fine §. 184. adde: in qua, homo,
quia rationis normam deserit et soli appetitioni
(ψυχή) deditus est, ψυχικός dicitur. 1. Cor. 2,
14. *Iudae* 19.

p. 30. Inserta est Obs. 3. Non differt ab hac doctri-
na τροπος παιδειας, in libris nostriis publicis constitu-
tus:

tus: nam in iis vitiositatis duae partes constituuntur: altera *carentia*, scilicet obvius in homine defectus *tum* notitiarum, quae animum efformant, imprimis religionis, *tum* verae pietatis, dum nascimur sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, ut loquitur *Aug. Confess. Art. 2.* *tum* vi-
rium, adipiscendi hanc pietatem: (*Apol. A. C. Art. 1. p.*
54. RECHENB. diserte tradit: *peccatum orig. detrahit no-*
titiam Dei, fiduciam erga Deum, timorem et amorem
Dei, aut certe donum et vim ista efficiendi detrahit): al-
tera concupiscentia, non illa, quam Apostoli dicunt, cum
ἐπιθυμίας σάρκος commemorant, nec, quam nostri vul-
go volunt, in res sensibus obiectas temerarie prolaben-
tem, sed significatu in *scholasticis* scriptoribus obvio, qui
concupiscentiam dicunt proutatem scilicet inclinationem perpe-
tuam in appetitione ad ea, quae sensibus, non lege, com-
mendantur, scilicet conditionem eam animi, qua quis manu-
agendo sequi sensuum directoria, quam normam rationis,
legemque divinam.

p. 31. §. 185. sic finitur: depravatam esse
hominis conditionem, carere nos notitiis et
motibus ad pietatem necessariis, pietatem mul-
ties studiis acquiri, ac adiuvandos nos esse a
Deo, luculenter commonstrat.

p. 31. l. 16. dele a voce: Etenim usque ad p. 32.
l. 14. queat et substitue: Nam clare afferit Cap. 8, 2. sq.
scilicet conditione longe alia, liberiore et beatoriore, vivere,
quam olim, cum esset πεπλαγμένος ὑπὸ την ἀμαρτιαν,
addictus peccato, et νομῷ ἀμαρτιᾳ, religioni, quae
quo maiora sensibus nutrimenta offerret, tanto magis ra-
tionem deprimere et debilitaret, obnoxius. Itaque pri-
mo

mo servitutem describit, qua olim vixit, dein libertatem, qua iam frueretur: nec ipse tantum sed omnes, quos ad Christianam religionem videret conversos. Vnde in primis efficitur hoc, ut, quae de infirmitate *universe* dicantur, de eo, quod iis, qui alieni essent a Christo, accidere solere Apostolus neverat, intelligantur.

p. 32. linea penultima adde: Hebraei quidem cum dicunt, aliquem מְנֻעָרִי vel מַבְטֵן fuisse aut egisse aliquid, sive bonum, sive malum, *Ps. 22, 10. 11. Ps. 58, 4.* non praecise notant punctum temporis, quo esse vel agere coepit, sed hac formula exprimunt, mature se hoc exseruisse, nec novam et nuper accedentem conditionem in eo conspici, sed inveteratam et confuetam. Davidis carmen *Ps. 14, 5. sq.* conqueritur de &c.

p. 34. l. 21. *quotidiana* et plurima reperiet exempla, quae docent, amorem metumque Dei non nasci nobiscum, sed doctrinae ope gigni, ali, perfici; fieri nos debere pios; et, nisi veritas nos adiuvet, vim appetitionis ατακτος semper praevalere; porro plus curae laborisque.

p. 39. l. 10. dele voces: *etiam post conversionem Rom. 7, 17.*

p. 41. lin. 15. adde: ac cuius contrarium expectari nequit. Hominem enim, qui institutione caret, bonum exspectare et ratione rectum ac munitum adversus ατακτον, foret non naturale, v. MORVS epit. p. 101.

p. 45. lin. 21. post Φθορη̄ εν επιθυμιαι adde: cum quis cupiditatibus deditus vivit, nec est correctus moribus.

a fine Obs. 4. adde: eodem sensu, quo alias Deus dicitur Christum αναρχιαν πεποιηκεν i. e. peccatoris more tractasse 2. Cor. 5, ult.

p. 51. a fine Obs. adiunge: quanquam qua ratione homines in eam societatem venerint, non semper nec una eademque hypothesis definiant.

p. 51. §. 187. post vocem: *mentionem iniicit*, adde: quanquam nullibi definiat, quoniam modo primi hominis παρανον cum reliquorum viatio coniungatur. *Rom. 5, 15. sq.*

p. 60. lin. 25. E nostris) post Belgas, *theologiae foederalis amicos.*

p. 65. §. 188. post verba *concessum sit*, perge: miseriam quidem, sed non ανοιαν, nec proprie *peccatum seu delictum auim vocare.*

p. 70. §. 189. *placitis theologorum*) adde: de corruptelis totius naturae humanae.

p. 71. l. 10. lege: Nullum quidem relinquere posterritati Adami peccandi periculum, nullas sensum fraudes, nullam debilitatem, cui rationis vis non medicinam paret, id esset nihil aliud, quam mutare hominis naturam, nullumque relinquere locum libero obsequio, quod a Deo flagitare satis iniquum videtur.

p. 72. §. 190. sic effertur: In *usu* huius do-
ctrinae publico seu populari ante omnia, duce
Paulo, *Rom. 7, 14-25* id spectari debet, ut de
vitiositate generis humani, per suum quisque
sensem, per exempla ubivis obvia, et per hi-
storiam omnium temporum, persuadeatur, ut
discat, imbecillitatis suae memor, sibi quisque
sensibus dissidere, auxilia et adminicula virtutis,
promta ubivis et efficacia, studiole quae-
rere

rere et cupide appetere, iisque lubenter uti; ut denique miseros esse sentiat ac credat, qui brutorum more impetu suo feruntur, et, cum neglectu rationis, cupiditatum tyrannide tenentur. Ceterum in eo nec locus esse debet futilibus quaestionibus incautisque formulis et arbitrariis decretis, in scholas thologorum, per occasionem litis Pelagianae inductis: nec scrutando modo, quo unus post alium, inde ab Adamo, infirmitatem vitiumque et mortem contrahit. Nec enim semper opus est, dummodo de morbi natura constat, eiusdem primas origines, latentes saepe ac incertas, noscere; nec Paulus definit aliquid in hac causa, et morum doctrina ex eiusmodi subtilitate et cura haud lucratur quidquam, nedum turbatur.

p. 74. a fine §. 190. lege: Historiam breviter nec tamen accurate tractat i. c. WALCH *hist: doctrinae de peccato originis. Ien. 738.* et quicunque de Pelagianis litiis tradidere; Vossius, Norisius, alii.

p. 75. l. II. post vocem enititur, adde: Vel ut prae-clara CARPOZOVI interpretatione ad h. l. utar: *Qui sentit in vitiis, quod placeat; ab his deliciis infligatur: si animo cepit peccandi consilium, peccat: si peccaverit poena imminet.*

p. 86. §. 198. dele: *ab utraque parte.*

p. 97. posteriorem partem observationis, a verbo: *Iudei quidem, penitus tolle et in eius locum repone:* Ipse quidem Iohannes conditionem eorum, qui se iuncti sunt

funt a civitate ac felicitate Christiana, θανάτον vocat diserte, c. 3, 14. ex usū hebraco, (v. et Eph. 2, 1. sq.) adeoque ψυχήτια προς θανάτον esset delictum, quo patrato aliquis desciscit a societate Christiana, quod vinculum inter Deum et filios eius penitus dissolvit: i. e. reditus ad idolatriam ac reliquam profanitatem, cui, addicetus quondam Christo, renuntiaverat. Pro his et talibus monet non esse deprecandum apud numen, benignum alias et tribuendis bonis, expeditis pie, liberalissimum. Nam περιστατική et firmitas, qua Christianus in precibus suis ad Deum fertur, atque dignus fit, cuius votis satisfiat, tum minime locum habere potest, cum aliquis scelus committit, quod non potest non poena et certissima et gravissima sequi. Sed preces pro homine, beneficiorum haud capace, vanae omnino sunt, adeoque omittenda, a pietate, numinis reverente. Itaque vertere licet locum parum perfpicuum: *Si quis forte viderit, hominem Christianum crimen committere, quo non excidit a felicitate et societate Christiana, deprecatusque pro eo fuerit apud Deum (v. 14. sq.), auctor erit vitae et felicitatis Christianae, ab iis conservandae, qui peccant quidem sed non ita, ut a religione et vita Christiana omnino desciscant.* Quodsi autem deliquerit ita, ut re ipsa vertatur ad impie-
tatem ethnicam: de eo delicto, hominis contumacis et exulis a societate Chr. ut aliquid precetur, euidem non sum auctor. Omnis quidem iniuria peccatum est: peccat, quisquis iniuste agit, adeoque carent sibi a levioribus quoque delictis Christiani (v. 18.): *sed non omne peccatum hominem a confortio Christiano excludit.*

CA-

CAPVT SECUNDVM.

DE POENIS PECCATORVM.

Pag. 102.

A fine. Obs. 1. adde: status miser e peccato oriundus dicitur ὀλεθρός, απωλεία, θάνατος, σκοτος. et s. p.

p. 111. Obs. 2. pro *Deus ipse* pone, traditio antiquissima Gen. 3.

p. 113. a fine obs. 3. adde: Paulum si audiamus *Rom.* 5, 12. sq. is quidem mortis necessitatem coniungit cum peccato, ut annexum ei malum, sed non ita, ut afferat, nos peccati Adamitici poenas luere moriendo, verum ut admoneat, praeter alias causas, naturales et obvias, in peccato primam originem esse, quare Deus nolit hominibus concedere immortalitatem. v. MORVS p. 100.

p. 115. §. 215. post *testimoniis*, insere: quamquam non adeo perspicuis.

p. 118. lin. 3. adde: et b. IACOBI *Nichts in der Natur ist ganz todt.* Zellae 788.

p. 120. Scriptoribus ad obs. 1. laudatis adde: KANT *Kritik der reinen Vernunft.* 790. *Iulus*, oder von der Unsterblichkeit der Seelen, von I. FRID. HAESELER, Braunschw. 790. Beweß für die Unsterbl. der Seele aus dem Begriff von Pflicht, von LVD. H. IACOB., Züllichau 790. Eiusd. *Dissert. legati Stolpiani*, c. al. Lugd. B. 790. REINHOLD *Briefe über die Kantische Philosophie.* Br. 7. 8. Leipzig. 790.

p. 128. l. 12. lege: Salomonem vel saltim auctorem libri *Ecclesiasticis.*

Död. Access.

E

p. 136.

p. 136. l. 5. lege: *Secundo*, tenore naturali et continuo necatur finis vitae ac initium futurae fortis, si sacras literas audiamus. Paulus quidem se aut versari in his terris, aut commorari in coelo, ubi cessaverit vita terrenstris, contendit: 2. Cor. 5, 1. sq. v. et Phil. 1, 23. Luc. 23, 43. adeoque statim a morte futura forte frui pios defendit, non expectatione tantum, nec praegustu et preparatione, sed sensu omnino felicitatis suae, statim post mortem inchoante. Idque natura ipsa animi persuadet. Non potest deleri &c.

p. 139. Historicis scriptoribus accense: MAMMACHE de *animabus iustorum in finu Abrahæ ante Chr. mortem expertibus visionis Dei. Rom. 766. Tomi II. 4.*

p. 144. §. 220. additur a fine paragraphi: praeter hoc: Deum hunc poenarum infligendarum modum ac delectum esse habiturum, quae dum maxime adficiunt animum, atque facillime conscientiam agitant, consilium poenarum diuinorum, i. e. emendationem et salutem hominis infelicis cum primis adiuvant et promovent.

ad §. 220. adde: Obs. 3. Quandoquidem omnis poenae, quam arbitrariam diximus, ratio eoredit, ut statuamus, Deum, rerum omnium rectorem, ita moderare fata, i. e. rerum externarum connexiones habitumque in hominem, ut sensus iniucundi gignantur, oriaturque inde et acuatur sensus delictorum, adeoque hac severitate uti, ad emendandum animum; non offendet, si dicamus, posse a loco, a societate, a rerum externarum molestia, id vero est, a rebus minime necessariis, excitari atque exasperari conscientiam superioris sceleris, non ideo, ut numen.

vin-

vindictae cupidum, dolore miseri hominis delectetur, sed ideo, ut a tarditate ac stupiditate peccator revocetur. Sunt igitur subsidia necessaria, ad poenae naturalis s. conscientiae inquietae, doloris e peccato oriundi vim acrius producendam.

p. 147. l. 1. lege: *qui quotidiano voluptatis usu oblectantur, faeces et inquinamenta generis humani, qui libidinoso vultu prodeunt, instigant ad delinquendum animos parum firmos et s. p. v. et v. 17.*

p. 150. a fine obs. 1. additur: Omnis enim illa conditio extra limites temporis, quale nos capimus et definimus, sita est: nec nostra computandi durationem rerum methodo describi potest.

p. 151. lin. 18. insere: Non dicam, iure dubitari posse, num parabola Christi *Matth 25.* fata post mortem describat, quibus impius quisque premitur. Est enim, ut in omni parabola, dictio figurata; ac, ut hoc addam, hoc loco quam maxime consentaneum videtur, consilium orationis amplecti adversarios reipublicae Christianae, Christumque differere ex mente Iudeorum, reipublicae Messianae studiosorum, eosque ut cives, hoc imperio dignos iudicare, qui bonis factis student, excludere autem et perpetuo exilio damnare eos, qui amoris et humanitatis officia deserunt.

p. 160. lin. 19. lege: et quae semper iacturam praeiorum vitae hic recte actae, ac damnum irreparabile &c.

p. 161. Scriptoribus adde: *Pragmatische Abh. über die Dauer der Höllenstrafen, 789.*

p. 165. Scriptoribus adde: MORVS *Epit.* p. 275. et I. o. THIESS über die bibl. und kirchl. Lehrmeinung von der Ewigkeit der Höllenstrafen, *Habib.* 791.

p. 167. a fine obsf. lege: avertendi peccatorum poenas, animumque in ea spe confirmandi praeter animi emendationem habita fuisse necessaria ac sensum quemque suum docuisse, elaborandum esse in favore Dei recuperando.

§. 226. adde: 2. Tim. 1, 9.

p. 169. a fine obsf. I. adde: Alibi dicitur σωτηρία (ישועה) quod quidem in V. T. de omni beneficio, in primis publico, usurpatum, in N. T. autem praecipue de concessis per Christum beneficiis dicitur: qui et ipse ob hanc causam σωτηρία dicitur. *Luc.* 2, II.

p. 175. Obsf. 2. lege: occupare ac indigentis hominum rudium quam maxime succurrere, videbantur.

p. 176. §. 228. ita construitur: Ac cum Deus semper misericordia spe succurrere et meliorum statum, quem omnes appetunt, procul monstrare consueverit, voluit σωτηρία aduentum et beneficia *promissionibus* promulgari ac *vaticiniis* per multos et varios gradus patefieri, quorum, ut definitio ambigua, ita fere argumentum subobscurum, interpretes valde exercent, praesertim eos, qui unius σωτηρίας imaginem ubivis pingi, unius spem constitui, persuadentur. Nos vero cavebimus, ne omnes promiscue *promissiones luculentas* pro Messianis venditemus, ne — — —

Ibid.

Ibid. post vocem, suffragiis, adde: quae
faepe formulas V. T. in argumentum longe aliud
transferunt (*accommodatione*).

p. 181. Obs. I. subiunge: IAC. CHR. FR. ECKERMAN
Theolog. Beyträge, 1tes und 2tes St. Altona 790.

p. 185. lin. 9. Pro commate: *Sed augustinus — lo-*
cus posset. repone: Neque Gal. 3, II. sq. alio significa-
tu, nisi collectivo, formulam exponit; dum feminis no-
mine, unum quidem, verum unum e pluribus Abramo
oriundis, cum posteritate huius universa intelligat. cf. E.
G. HEMPEL de vera significatione vocabuli Semen, ubi
de prole Abrahami et Davidis — dicitur. Lips. 1787. et
quae diximus in biblioth. theolog. Vol. IV. p. 236. et 541.

p. 186. lin. 3. sic reforma: Quid vero? paremne
omnino Iosuam aliasve prophetas Mosi statuamus, cui si
auctoritate inter Iudeos aequales fuere eiusque exemplo
populum rexere, tamen tantum abest, ut religionis, sicut
ille, novam formam induxerint, ut potius ad vetera insti-
tuta toti se componuerint ipsique Mosi fese subiecerint.
Quare Mosis oracula, si emphasis vocabuli כטונִי perse-
qui lubet, innuant &c.

p. 188. §. 229. in *institutis*, adde: *mosaicis,*
unde et rituales vocant.

p. 188. l. 27. Infere: Similiter Petrus, inter eos,
qui diluvii pericula evasere, et Christianos, qui inter ad-
versitatum fluctus incolumes servantur, per baptismum,
similitudinem quanquam inveniens, salutem per Baptismum
& γετιτυπον dicit salutis in arca Noae. I. Pet. 3, 21.

p. 190. lin. 6. a fine lege: at si in cultu universo Levitico fuerunt merae imagines futurorum bonorum, citra admonitum divinum luculentum ac publicum de hoc consilio ne cogitare quidem homines potuere: nam eiusmodi instituta externa rituumque apparatum videbant in quaerunque religione, etiam profana, sine consilio mystico, commendari et observari: nedum &c.

p. 191. a fine observationis adde: Typorum rationes defendit post alios I. C. BLASCHE *Neue Aufklärung über die mosaische Typologie*. Ienae 1789.

p. 193. lin. penult. dicitur adde: οὐεραι σαρκος, tempus, dum viveret in his terris ac rebus adversis premeretur *Ebr. 5, 7* et al.

p. 198. lin. 18. lege: quem ad modum πνευματικον quendam ενδυσιν dicitur *Iudie. 6, 34*. quem insigni virtute animi agitat, v. et I. *Chr. 12, 18*. Itaque formulae potestas plane respondet locis &c.

p. 202. l. 22. lege: in quo socium amaret genus humanum, cuius exemplo conspicuo regeretur, a quo, haud inexperte adversitatum et πειρατησιν, commiserationem et auxilium, ac more humano salutem omnem expectare posset.

p. 204. l. 17. post, aeram vulgarem, adde: cui suffragatur III. HORRIS obs. hijt. chronol. de annis Christi salvatoris. *Mogunt. 1789*.

p. 206. lin. 5. adde: ERNSTEIN ob Christus habe sündigen können? *Misn. 787*.

p. 213. lin. 2. lege: ea semper doctorum popularium consuetudo et prudentia existit, quod noluerint exasciare

singul.

singula, veteris erroris aedificia uno quasi iactu prosterne-re, et philosophemata, quae mire placent subtilibus in-
geniis, vel iis, qui philosophi videri velint, tum, cum
florent, extirpare: nam et parcendum est imbecillitati, et
tempori aliquid relinquendum, cuius decursu ipsae illae
opiniones, ut sit in rebus humanis, in contemnum abeant
vimque et auctoritatem amittunt, et sponte abdieantur.
Sin autem eum &c.

p. 215. §. 236. lege: *vel — vel exasperan-*
do fata et calamitates vitae eius, universum
vitae decursum continuis afflictionibus veluti
obsitum defendamus. De illis conqueri et do-
lere tenelli et humiles animi solent: hoc etiam
contra historiam statuitur, quum quidem ipse
Christus in animo tranquillitate, inter fata aspe-
ra mitioribus ac frequenti laetandi materia ute-
retur.

p. 220. l. 23. adde: Ceterum vide pott. *Epp. Cath.*
Vol. II. ad h. l.

p. 221. l. 15. *Etenim vetustissima:* pro his verbis
lege: Ac in *Symbolo Apostolico* locus tantum ponitur:
descendit ad inferos, omissa sepulturae mentione: sed po-
steri explicationem primum addidere, *sepultus est,* sed ea
glossa transiit in ipsum textum formulae, adeoque male
distinctio invaluit inter sepulturam et descensum ad infe-
ros. Alia, valde vetusta, quae restant *Symbola* &c.

p. 225. §. 238. lege: *Ebr. 4, 15. du&stusque*
patris et hominum amore Ioh. 15, 13. 1. Ioh.
3, 16.

A fine subiunge: quae non tam patiendo,
quam agendo cernitur et eminet.

p. 226 §. 241. Primum igitur post mortem
intra triduum a Deo vitae redditus est. *1. Cor.*
6, 14.

p. 229. lin. 7. adde: Nec diffensus narrationis Evangelicae in quibusdam περὶ στοιχείων enarrandis iustam dubitationem excitat aduersus consensum manifestum in eo, quod est caput narrationis.

p. 230. a fine obſerv. I. adde: Unā teneamus et simplicem sententiam, Iesum ultra omnes casus et limites humanos elatum, *Ioh. 7, 33. 34.* mortis periculis *Rom. 6,* 9. ac imbecillitati *2. Cor. 13,* 4. exemptum, beatissima conditione vivere, durare, agere. *Ioh. 17, 5.* nec iam curiosus quaeramus, quomodo ab huius orbis adspectabilis hominumque confortio in sedes beatiores transierit.

p. 232. §. 243. post vocem, imperio, inserere: unde solemni formula eundem *Dominum compellant.*

Ibid. Obſ. I. post καὶ φαληρά adde: eique opponit λειτεραγεῖν *Ebr. 1, 13. 14.*

p. 237. lin. 16. pro vocibus: cui peccata — — sunt, restitue: *aſterentis* peccata i. e. misericordiam hominum.

p. 239. lin. 5. adde: Eodem redit admonitio ad Nicodemum *Ioh. 3, 1. sqq.* quae regni divini cives hos agnoscit, qui πνευματι gignuntur et vim veritatis in animo sentiunt.

p. 141. lin. 11. lege: *Marc. 10, 15. ac docere homines de regno Dei Att. 20. 25.* est beneficia Christiana expo-

exponere. v. 24. Denique cum de adversariis regni loquuntur Apostoli, non alios agnoscunt, quam et veritatis et virtutis inimicos, ac omnia impedimenta, quae doctrinae christianae fere opponunt. (v. §. 246. Obs. 2.) Quod rursus efficit, non esse terrestre aliquod imperium et visibile.

p. 243. Obs. 3. lege: Est autem hoc regnum 1) a Deo institutum *Act. 1, 7.* Christoque traditum *Act. 2, 36.* *Eph. 1, 22. 23.* 1. Cor. 15, 24-28. 2) acquisitum &c.

p. 244. a fine Obs. 3. adde: Semper enim pro hominum indole nova impedimenta rei Chr. obiciuntur, quibus occurtere decet praesidem rerum humanarum: semperque nova felicitatis incrementa sperari ac optari debent, quibus vi sua succurret felicitatis summae auctor et adiutor.

p. 244. §. 246. lege: constitutisque — — propagatam, *Eph. 4, 15. 16.* atque adhuc conservatam: post conferendis omnigenis animi bonis in omnes, doctrinam suscipientes, 1. Cor. 1, 5. Col. 2, 10. sqq.

p. 246. §. 247. reditum) adde: ημεραν Χριστου 1. Thess. 5, 2.

super omnes) pios pariter ac impios.

a fine §. subiunge: Insequetur autem orbis huius interitus, quem formula hebraeo-graeca, consummationem saeculi (συντελειαν τε αἰώνος Matth. 28, 20.) dicunt.

p. 249. lin. 9. sic immutavi: Tertio his locis doce-
mur, παρεγγιαν Christi statim sequi συντελειαν τε αἰώνος

Matth. 28, 20. seu *orbis huius interitum ac rerum humanarum finem.* In quo et si diserte doceamur, instare hoc fatum orbi, quem incolimus, cumque ingenti incendio conflagraturum esse, *2. Pet. 3, 7. 10 — 13.* tamen lumen fateor, me *primum* ignorare, utrum Deus hunc orbem penitus sit deleturus, an dissoluturus tantum, et insigni rerum inversione immutaturus, ut postquam hic orbis, hac conditione, his creaturis consitus, esse desit, aliam formam induat, meliore conditione quasi e cineribus prodeat, et in beatius longe domicilium beatiorum animorum instruatur. Hoc quidem persuadere cui possit analogia, totius, quae nunc est, naturae, in qua nihil omnino interit, sed novis identidem formis procedit. Si cubi putamus, interisse alia, tum nos quidem videmus veterem corporum compaginem dissolvi, elementa, quibus componuntur, disiungi rursus, ac in aliud statum transire, alia corpora novis coniunctionibus efformare, ipsoque interitu ortum aliorum adiuvare, nullo autem modo in nihilum redigi. Deinde si igne dissolvitur huius orbis materies et structura, ipsa natura fert, destrui machinam, non autem annihilari. Atque hoc est παρεξησθαι (רָכַע) evanescere *Matth. 24, 35. coll. Ps. 90, 4. sq.* Nec abhorret Petrina traditio. Namque orbis interitum, quem annuntiat, comparat cum vastatione per diluvium, quod non ad nihilum redegit orbem, sed evertit tantum. Dein *resolvi corpora* i. e. compaginem eorum destrui, superstitionibus elementis, quibus componuntur, comburendumque esse orbem docet; sed nullum incendium non quasdam corporis destructi particulas relinquit, nec ita tollit materiam, quin novis exinde compositionibus locus supersit. Ceterum si qui praeter orbem terrestrem communis fato

rerum

rerum universitatem destructum-iri contendunt, nisi praecipue promissionibus novi coeli et novae terrae, 2. Pet. 3, 13. eos, nisi alia argumenta affuerint, non puto his vincere. Nam *coelum et terra* saepius in sacris literis dicitur de novo rerum ordine, sicut insignis conversio evenerit, etiam tuum, cum rerum natura perdurat. vide Es. 65, 17. Apoc. 21, 1. et 2. Cor. 5, 17. Secundo: cum igne destruendum esse orbem tradit Petrus, unus quidem, nec propter Epistolae posterioris Petri auctoritatem non omnino indubiam, gravissimus testis, nolo exquirere five origines huius opinionis, obscuras omnino, nec enim in Stoicis de έντυπωσίαι mundi philosophematis fontes eius quaesiverim, five causas incendii eiusque modum: ignorare igitur lubet rationes physicas, quibus orbis conflagratio probabilis redditur, aut saltem ut possibilis declaratur, cum alii cometam ignivomum in vicinias orbis terrarum adducunt, alii ignes subterraneos subitanea eruptione, ut sit interdum in terrae motu, omnia incensuros esse sumunt, alii ipso solis igne comburendum quondam orbem initis rationibus astronomicis, contendunt. cf. MICHAELIS *Dogmatik* ad h. l. O vere beatos &c.

p. 249 lin. 26. post, *servatur igni*, infere: i.e. in ipsa natura sat magnus, ut olim aquae, ita nunc ignis, ad vastandum apparatus existit, quo Deus uti potest.

p. 250. lin. II. deleantur verba: *In his igitur — praenuntiatur.*

p. 252. adde Obs. 3. Quanquam itaque adspectabilis iudicii solemnitate non opus sit, nec ad iudicium de singulis ferendum, quos statim a morte beatos miserosve vi-
vere supra diximus: nec ad auctoritatem Christi tuendam.
quae

quae privato cuiusque iudicio valebit: tamen aliae causae graves, sed ignotae adhuc, subesse possunt, quare Deus publicum hoc dominii Iesu testimonium editurus est: sive ut omnes communiter et evidenter intelligent, Christo *omne genus* humanum subesse; sive ut homines, qui in his terris coniuncti vixere, mutuo se agnoscant; sive us publice summo cum honore Christus abdicet se imperio, adhuc super homines administrato; sive denique ut universitas hominum, quae tum esse desinet, solemnius in novam conditionem novumque domicilium intromittatur.

p. 260. §. 251. lege: Hic itaque, cui sacrae literae societatem maiestatis et honoris divini tribuunt.

p. 261. lin. 2. post Ebr. 1, 2. 3. insere: *Similis Dei vixit humano more Phil. 2, 6. 7.*

p. 267. lin. 15. lege: Quare et ipsi Apostoli interdum expresse ac luculenter notant, de quanam eius parte aliquid dicant v. c. *κατα σαρκα Rom. 1, 3. 4. 5.* et antiquissimi doctores &c.

p. 288. l. 4. lege: Usitator autem formula THEODORI MOPS. fuit, *inhabitationis* (Col. 1, 19.) *λογον* in homine tanquam *in templo*, Ioh. 2, 19. non quidem substantia, nec operatione, sed solo bene placito. (*ευδοκια* coll. Coloss. 1, 19.) Magistrum Theodororum fecutus NESTORIVS Iesum &c.

p. 299. lin. 22. adde post, concedamus: nec enim consentaneum est, rationem rationi repugnare ac veluti discordiis agitari.

p. 302.

p. 302. lin. 12. adde: *Attributorum s. idiomatum autem nomen, ex usu theologorum, praedicata omnis generis, proprietates, affectiones, actus quounque amplectitur.*

p. 303. lin. 2. *Alia quidem coguntur, ut stabiliatur primum genus communicationis idiomatum ἴδιοπονησίς.*

p. 303. lin. 19. lege: (in scholis genus auchemati-
cum vocatur, quia ἀυχηματα, maiestas divina, eius
que axiomata communicata cum homine creduntur ac se-
cundum genus comm. idiom. efficit) quorum usu plerum-
que duplex interpretationis vitium committitur, alterum
in finienda nominis potestate, cum personae sit, non na-
turae alterutrius, alterum, in expositione enuntiatorum,
s. affectionum, quae non omnino argumentis ratis et cer-
tis pro divinis venditantur v. *Ioh. 3. 13. 5. 21. 6. 62.*

Apoc. 2. 23. Phil. 3. ult.

p. 304. lin. 12. lege: *Denique operationes, quae ne-
gotia et officium Christi describunt, praedicantur de tota
persona ac qualibet parte, qua componitur, quoniam eae
communi filii Dei et hominis Iesu vi peractae sunt. Hos
loquendi modos (quod genus apotelesmaticum, ab ἀπο-
τελεσμασι, operibus Christi, quae laudantur, dicere so-
lemus ac in tertio genere communicationis idiomatum lau-
dare) offerunt &c.*

p. 304. lin. penult. infere: (v. HVTTERI *Concordia*
Concors p. 664. sq.)

CAPVT SECUNDVM.
DE OPERE ET BENEFICIIS
CHRISTI.

P. 323. §. 259.

Pro verbis in hunc orbem substitue: in vitam terrestrem ad fruendum.

P. 328. lin. 14. post verba, *animum mutant*, adde:
sc metum, qui comitatur animum numini obnitem et
adversarium, abiiciunt &c.

ibid. a fine obs. 1. subiunge: Ceterum nusquam dicitur Christus ὁ καταλαμπων, sed Deus, qui Christo tanquam ὑπηρετη καταλαγγεις usus est, quemadmodum constanter Deus dicitur ὁ διοταιων, (Rom. 8, 33.)

P. 335. lin. 21. lege: Quodsi vero quis existimet, ubi poenae cessaverint, in earum locum non modo spem commodorum, sed ipsa beneficia succedere et praemia, magnus dubitationi locus supereft.

P. 357. a fine Obs. 1. adde: Ac si in morte Christi ὑπερ ημων non esset praecipuum aliquid et singulare, sed commune meritum, quod nobis aliquam utilitatem procuraverit, sive exemplo, sive alia re, non intelligo, quare Paulus hoc loco defendere poslit, debere nos totos uni Christo vivere, propterea quod pro nobis mortuus est; nam profecto multi alii, nobis quoque viciniores, vixerent, quorum vita et mors nobis prodest, nec tamen ideo nos decet his vitam omnem, vires, actiones conservare: adeoque augustius quid et quod nos magis attinet, latet in morte Christi.

p. 357.

p. 357. a fine Obs. 2. lege: Cum enim cum Christo quasi cum peccatore Deus ageret, evenit, ut nos peccatores immunitatem consequi possemus.

p. 358. a fine Obs. 4. Est igitur hominum genus, cuius liberationi et immunitati consultum fuit; et Christus, qui confert aliquid morte sua ad hanc vacuitatem a miseria; est Deus, qui, quod hic confert, acceptat.

p. 361. lin. 4. a fine infere: Non tamen decet praeterire, imprimis post accuratas et eruditas dissertationes Ven. G. C. STORR, de consilio mortis Christi, adiunetas interpretationi Epistolae ad Hebraeos vernaculae, *Tub. 1789.* Paulum in hac Epistola, quae de Christi sacrificio exponit, praecipue ob oculos habere solemnitatem diei expiatorii, a Mose institutam et religiose conservatam. Idque intelligitur tum e comparatione cum *summo sacerdote*, qui hoc tantum die numeris sui partes in adyto explevit; tum et singulis partibus similitudinis inter sacrificium in hac solemnitate oblatum olim, ac sacrificium Christi; erat enim utrumque publicum, *ὑπερ τοις λαος* (*Ebr. 7, 27.*) semel (*Ebr. 9, 7.*) in ipso adyto a Pontifice offerrendum (*Ebr. 9, 25.*) Sed non dubitari potest, quin hoc saltim sacrificium *expiatoriorum* fuerit et *vicarium*. Vere quidem: nec tamen negaverit aliquis, in hac victimâ non *proprie* esse expiationem omnium delictorum ab Israelitis singulis commissorum, sed eorum, quibus universus populus sese contaminaverat, externorum, et civilium, pia culum offerri, Moses innuit, a cuius auctoritate nolim secedere. Praeterea autem concedetur a plurimis, ipsam victimam non habuisse vim expiandi Deum, qui non *egit* hac satisfactione, nec sanguine ad misericordiam moveri potest,

poteſt, cum ipſe proclivis ſit ad condonandum: ſed vičimae maſtionem in hac ſolemnitate debuiffē, adſpectabili ratione, h. e. *symbolice*, declarare, populum interitu dignum, propter peccata, ſed veniam conſecutum eſſe, a Deo, qui pro benignitate ſua cultores fuos, ſicubi, more praefcripto, (erat autem cultus exterius) eum colere veſtint, immunes a poenis eſſe velit. Itaque in hoc ritu nihil eſt, niſi voluntatis divinae de venia concedenda cultoribus fuis, ſignificatio ſolemnis adaptata ingenio populi Iudaici; et conſilium, per rem, in facto poſitam et adſpectabilem, admonendi et perſuadendi Iudeeos, ſibi nihil a Deo mali eſſe timendum, ſed eum bene velle genti fuac, nec eorum cauſam negligere. cf. Ven. MORVS de notitia relig. copulata cum rebus in facto poſitis, Progr. IV. p. 12.

p. 362. lin. 1. civilis eſſet) et pertineret ad perſuafionem de venia confeſſa.

p. 363. lin. 16. poſt redemifſe adde: vel virtutis directoriis nos reconciliaſſe et veniam nobis impetrariffe.

Ibid. adde: Obs. 7. Dicendum de iis reſtat, qui putant ac tradunt, haec omnia, quae de habitu mortis Iefu ad peccata dicuntur in N. T. accommodate dici ad ingenium hominum, illo tempore viventium, adſuetorumque opinioeis de neceſſitate et virtute ſacrificiorum, in ſuperiore religione, atque existimantium, nihil, niſi re quadam Deus placatus fuerit, ab illo gratiae et beneficij ſperari poſſe. Itaque iubent, imaginem a re ipſa prudenter separare, concedere hanc de meritis Christi diſſerendi methodum tenuitati et praeiudiciis illorum hominum, adeoque noſtra iam aetate, abiicere hunc cogitandi modum, has loquendi formulas, cf. poſt alios G. A. TELLER *Excurſi.*

curs. II. ad Burnet de fide et offic. Chr. Berol. 1788. p. 275-277. Sed, pace virorum gravissimorum dixerim, parum commendabilis videtur ea hypothesis. Nam primum, cum ea docendi ratio Paulo in primis usitata fuerit, non aequo Petro et Iohanni, hoc exemplum satis confirmat, hunc cogitandi modum non conservari propter Iudeos, et ex disciplina Iudaica, cui nec favit nec subscriptis Paulus. Secundo non posse negari existimem, sub imaginum umbris latere veritatem ratam, ac, si vel abdicaveris metaphoricas formulas, permanentem: nam qui vestem obsoletam reiicit, corpus tamen, cui ornando olim interfervire debuit, conservat. Repudiemus igitur phrases de sacerdote, de sacrificiis et victimis; de sanguine offerendo; de adyto sive terrestri sive coelesti: itane nihil restet veritatis, cui adornandae haec formularum varietas interfervire debuit? Denique nondum adhuc limitibus certis descriptum definitumque video, qua re ecclesia nascenda ab adulta, i. e. homines novi, qui ad Christianas partes accederent, ab iis, qui in hac ecclesia nati, educati et formati sunt, secessantur. Etenim ea omnium temporum fors, ac, si querelis indulgere licet, calamitas fuit, ut homines, sensibus recti, ac infirmi, cum causa iusta desperandi de vitae suae ratione apud Deum reddenda, adesset, inter spem veniae metumque poenarum fluctuerint, animumque erigant ad pignus quoddam visibile benignitatis et indulgentiae divinae, atque in re aliqua minime dubia, significationem voluntatis divinae et sponsonem quaerant benevolentiae. Ea infirmitas minime est propria Iudeis et profanis hominibus, verum alios quoque occupat, qui, in causa satis gravi et dubia,

Död. Access.

F

no-

nolunt spe incerta ferri, ac promissionum divinarum tum rationes, tum sigilla, quaerunt. Huic infirmitati, quae plerorumque hominum est, si succurrit Evangelica fides; ad hanc cogitandi rationem, quam non soli Judaei sequuntur et nutrunt, si componitur veritas Christiana: haec doctrina profecto non tantum nascenti Ecclesiae, sed Christianis reliquis, nostra quoque aetate, consulens, retineri debet.

p. 373. lin. 3. dele, a voce, *quorum alterum* — per totam paginam usque ad verba: *In hac veritatis simplicitate* — et lege: Idque certissime effectum est in vita ac morte Iesu Christi. In qua *primum* intelligitur, quanta virtutis dignitas sit, quantum commendationem habeat voluntatis divinae pie exequendae studium, quantum obsequii, constantis ac absoluti, honorem deferat Deus ad cultores suos. Quid enim est, quod Deo placuit, Christianum intuenti? Profecto non sanguinis effusi adspectus, non vulnerum hiatus, non vultus in homine exanimi pallor; sed animus, quo sustinet tantos cruciatus; sed pietas, qua fertur in Numen, hanc conditionem humilem, hanc fatorum acerbitudinem sibi decernens, h. e. infligens dolores et mortem; sed animi, obsecundantis voluntati divinae, inconcussa fides v. i. Pet. 3, 18. Quanam autem re possit apertius intelligi legum divinarum vis, auctoritas, gravitas sanctissima, quam hoc exemplo viri, qui non aliam ob causam placuit Deo, quam propter obsequium; ac qui adeo placuit ob puritatem animi vitaeque numini, ut, cum semel videret, legibus suis appri-
me satisfactum esse ab uno, hanc ob causam reliquis ve-
niam

niam se concedere velle declararet. Sed hoc ad *alterum* pertinet, de quo diximus, a poenarum metu avertendos excitandosque ad spem felicitatis animos fuisse. In quo res ipsa demonstrat, non consuli debere maiestati divinae, laetiae ac iacturam forte, quae reparari beat, facienti; nec vindictae cupidum numen, sua causa, sanguinem, cruciatus, supplicium et nescio quam poenarum atrocitatem decernere: sed hominum indigentiis ac saluti, in qua procuranda et evehenda honor numinis proprie consistit, consuli: adeoque hoc institutum, hoc decreum de morte Christi, non alias habere causas nec alio consilio divinitus subiici, quam eo, quo omnia insituta Dei regi videmus et admiramur: nempe nostrae salutis, id vero est, nostrae tranquillitatis et virtutis causa. Cum hoc itaque consilio qu modo conspirare putamus mortem Christi? Ac *alii* sic statuunt Iesum *nostro loco* *punitum fuisse* atque, has sustinendo poenas, immunitatem a poenis nostrorum criminum nobis promeruisse: *alii* sic: Deum per mortem Christi, tanquam rem, in facto positam occasionem sumisse, declarandi, se, post unius hominis virtutem, absolutam omnibus numeris, ac tum agendo, tum patiendo insignem, velle se infirmatim reliquorum hominum parcere, indulgere naevis, ipsisque criminibus, iusta conditione, veniam dare. *Illis* quidem cum favere videantur formulae $\lambda\sigma\pi\zeta\sigma$, $\alpha\nu\tau\iota\sigma\tau\zeta\sigma$ et aliae, (v. §. 268.) ac imprimis Petri auctoritas 1. Pet. 2, 24. tamen quo minus, citra haesitationem assentiar, impedit literarum sacrarum fides reique ipsius natura: nam nec eae ullo loco sic loquuntur, ut supplicium Christi, fatis atrox, veniam vocent; nec haec

permittit, poenam agnoscere, ubi commissi delicti sensus absuerit. *His autem multa favere videntur: consilium Dei, quo nobis spes veniae, nixa benignitatis divinae amplitudine, confirmari debuit; habes igitur in morte hominis sanctissimi, de qua nemo dubitet, sigillum promissionis ac declarationem publicam, facta adiunctam, quam vere Christus mortuus est, tam vere Deum nobis favere: deinde non negligere velim similitudinem victimam piacularum inter et sacrificium Christi, in quam Paulus ingreditur.* Quemadmodum enim sacrificiorum apparatus, tenuis et molestus, non commovit Deum ad indulgendum, cum per se bene cupiat mortalibus ac proclivis sit ad veniam concedendam, sed tantummodo admonuit homines de hac voluntate, ac spem veniae conceptam, rei visibilis adjunctione et symbolo proposito stabilivit (v. §. 267. Obs. 4.): ita in morte Christi visibile pignus indulgentiae divinae nobis offertur. *Denique* quam aptum hoc, spei nostrae excitandae, remedium, quam validum pignus sit, sponte intelligitur, si teneas omnia accommodate ad opiniones et rationes humanas institui. Tu quidem dubitare possis, utrum Deus generi humano, quod adeo degeneravit a dignitate sua corruptaque imaginem divinam ac ad foedissima scelera dela-
plsum est, favere queat: non dubitabis, nam unus est, quem amat, cuius animum nihil vitii corrupit, cuius fides spectatissima fuit, qui denique ad virtutis praestan-
tiam et decus quaerendum allicit exemplo et doctrina. Rursus metuere possis (nam quo quis infirmior est, eo meticulosem eundem videmus), ne amplissimarum pro-
missionum vis diminuatur iustitiae divinae decretis, poe-
nam

nam tibi minantibus: noli metuere. Habis enim promissionum divinarum sponsorem (*ἴγγεον διαθητός*) Ebr. 7, 22.) per cuius mortem Deus voluntatem condonandi testificari voluit. In hac veritatis simplicitate &c.

p. 376. Obs. 4. lin. 18. Pro: *Tenet — demonstravit,*
substitute: Iustitia enim non modo ut legum custos et
vindex, tenet ius suum, verum etiam placabilis est et
testificatur favorem erga pios, virtutisque studia evexit:
quod morte Christi effectum esse vidimus (Obs. 1.)

p. 379. lin. 11. lege: atque ab exemplo Christi dicat, quantum virtuti et obsequio pretium a Deo constituantur, qui propter unius sanctitatem omnibus velit indulgere.

Scriptoribus laudatis adde: G. C. STORR *Abh. vom
Zweck des Todes Jesu: adiunctam der Erkl. des Br. an
die Hebräer. Tab. 1789.*

p. 417. §. 282. a fine adde: explanavit,
amplificavit.

p. 419. lin. 10. post: expugnaturus, adde: (nisi
malis de spe vitae producendae exponere, *equidem scio,*
meas vindicias repeti posse a vita mea; quae superior
erit supra pulverem, et mortem evasura est.)

p. 426. ad finem Obs. 2. adde: Praecipua autem vis
huius doctrinae coalescit cum spe perennitatis animi no-
stri (§. 215.) atque exseret se in eis, qui quomodo ani-

mus corpore exutus, sensuumque instrumentis orbus,
agere possit, non capiunt.

p. 443. ad finem §. 294. subiunge: novus.
que rerum humanarum status oriaretur. 2. Cor.
5, 17. Quod beneficium, etsi novum sub tem-
pus Apostolorum ac primis religionis Chr. ci-
vibus inprimis magnum et insigne fuit, tamen
a nobis iure nostro laudatur et aestimatur.

p. 444. lin. 4. a fine post locum Ebr. 9, 14. 15.
insere: atque ita satisfecit Deo, ut repetendarum expiatio-
num de anno in annum nulla amplius necessitas nec uti-
litas superferit.

p. 445. lin. 3. post locum Col. 2, 10. sublatis reli-
quis vocibus, adde: cui viam pandere videmus cultus
Mofaici, qui maxime offenderet gentes, abolitionem.

p. 449. insere: Obs. 3. Nec differt formula *habita-*
tionis Dei in homine, cum Christiani dicuntur *templum*
Dei, 1. Cor. 6, 19, 3, 17. in quo duplex beneficium
cernitur, alterum *operationis*, nec enim Deus otiosus
est, ubi habitat, alterum *honoris*, nam nihil illustrius
cogitari potest loco i. e. animo, quo numen excipitur et
colitur.

Obs. 4. Vis &c.

p. 454. locis Scr. S. adde: Apoc. 14, 13.

p. 455.

p. 455. §. 301. post vocem existere) adde:
in virium praefstantia.

p. 456. Obs. lege: In animo humano, corpus egres-
fo, nihil certius relinquitur praeter vires, excultas, con-
firmatas, corroboratas, quae ab ipso animo avelli, nisi
cum interitu eius, possunt; accedit memoria, conscienc-
tia — agitatio — et cogitatio.

p. 459. lin. 3. a fine, lege: Iohannis autem differ-
tatio I. Ep. 3, I. felicitatem describit sanctitatis maio-
ris (*nos Dei similes erimus*) ex accurate more eius notitia
oriundae.

p. 461. lin. 21. insere: Accedet autem virtutis exer-
cium, viribus aductis, faventeque opportunitate recte
agendi ac obsequium erga Deum acuendi: quo maxime
corroboratur animus ac firmatur.

p. 466. §. 303. post voc. gradibus, adde:
pro modo *notitiarum, fidei et operum.*

A fine §. subiunge: Eam spem non modo
sacrae literae excitant, verum ipsa hominis na-
tura et vitae futurae connexio cum praesente
suffulcit.

p. 469. laudatis Scriptoribus adde: G. C. STORR *diff.*
de vita beata post mortem. Tub. 1788.

p. 480. a fine Obs. 3. adde: Denique si vel maxime concedi oporteret, diversa nomina Christi negotia a se diversa innuere, ac posse a singulorum nominum interpretatione occasionem sumi, varias munera Christi partes recte explicandi: si Christum prophetam dixeris, quatenus et quia docuit; sacerdotem, quatenus et quia morti se tradidit, regem denique, quatenus et quia Dominum fese exhibet: tamen cum ipsa cognomina non pertantur a rebus, hodie obviis, (nec enim prophetas nec ἀρχιερεῖς habemus): in doctrina accurata et perspicua iis cautus quisque abstinebit.

p. 488. adde scriptoribus laudatis: G. SCHLEGEL erneuerte Erwegung der Lehre von der göttl. Dreyeinigkeit. I. Th. Riga 1791. c. G. HENSLER Bemerkungen über Stellen in den Psalmen. Hamb. 1791.

CAPVT TERTIVM.

DE MODO SALVTIS CHRISTIANAE
CONSEQUENDAE.

P. 497. lin. ultima.

Post vocem, tribuit, insere: utque ipsius boni, quod conceditur, tum certa spes stabiliatur, cognito remedio eius potundi, tum fructus amoenior sit, ubi scias, te tua virtute id consecutum esse.

p. 507. §. 315. a fine sic lege: Sed ea fides externa, quae merum nomen, non animum, Christo dat, quam minime sufficiat ad internam felicitatem Chr. obtainendam, sedulo urgendum est. *Matth. 7, 21.*

p. 515. post locum 1. *Ioh. 5, 9. 10.* adde: nec non de voluntate, nobis felicitatis viam rectam monstrandi.

p. 550. §. 323. lege: promissiones, five, quod magis apte statuitur, per &c.

p. 561. §. 328. lege: sed universae vitae (ἀνατροπή) cunctisque viribus et actionibus quoque singulis imperat, atque quotiescumque opportunitas.

p. 576. lin. 23. adde: c. f. DUTTENHOFER *freymüthige Untersuchungen über Pietismus und Orthodoxye.*
p. 301. sq. Halae 1787.

p. 612. l. 25. post vocem, praescribunt, adde: quae et ipsae leges dicuntur *I. Cor. 9, 21. Rom. 3, 27.*

p. 613. lin. 3. a fine, post vocem, usum biblicum, infere: (namque in libris N. T. Evangelium integrum doctrinam I. C. significat *Rom. 1, 16. 16, 25.*)

p. 616. lin. 10. post vocem, ostendit, adde: atque hac ipsa institutione et vincit ignorantem, errores, &c., et persuadet, ut homo possit assentiri?

p. 624. Pars posterior §. 344. diductius ita exhibetur: multorum ingenia et studia post eum laborarunt, *primum* ut exponerent, *quid* gratia operetur, ex quo divisio gratiae fluxit *praeparantis*, per varias occasiones et instituta ad audiendam, intelligendam, sentiendam veritatem; *praevenientis*, oblata, etiam non quae- rentibus vel cupidis, veritate Christiana, qua primos motus pios excitet in animo; *operantis*, cum veritas Chr. vincat ignorantiam, tarditatem, errores, eorumque vim, et pravitatem, e qua se expedire homo suis viribus, imparibus ad religionem Chr. decreta adinvenienda, nullo modo possit; *cooperantis*, quando notitiae veritatis animum adfecerint atque vi sua corroboraverint, ut his notitiis, quas iam suas effecit, rectus atque incitatus cupere, velle, agere

agere possit et velit. *Alii*, brevius et accuratius *incipientem gratiam*, ante conversionem, *perficientem*, in conversione, *conservantem post eam*, dixerunt. *Alia difficultas suborta est*, cum *initia gratiae s. operationum eius declaranda es- sent*, de quibus cum *Semipelagianis concertatum est*: nam hi voluntatem primum sese componere ad gratiam dixerunt, Augustini affectae Deum inspirare initia sanctae voluntatis docuerunt. *Tertiam difficultatem movere illi*, qui *habitum (σχεσιν) operationis divinae ad praedefinitionem definire ausi sunt* (in quo nos Augustini, Calvinii, Bezae, et Iansenistarum decreta, ut du- riora et inimica religioni, repudiamus, ac negamus, Deum ad eos tantum gratia operante accedere, quos decreto suo salvos esse velit, fidemque, quam Deus donat, esse effectum praedefinitionis, cuius quidem ratione temporis con sequens est. *Quartam difficultatem obiecit ten- tamen*, gratiam cum libero arbitrio s. viribus na- turalibus hominis ita in *concordiam redigendi*, ut illius quidem necessitas et honor, huius autem vis et usus relinquatur; *alterum adversus eos*, qui nihil integri concederent homini naturali, i. e. religionis Chr. institutione vacuo; *alterum adversus eos*, qui suis quemque viribus posse ad

ad perfectionem spiritualem i. e. Christianam eniti traderent. Denique varias lites concitavit studium explicandi modum, quo operationes Dei s. Spiritus S. cum doctrina Christiana, vel, quod est magis ambiguum, cum scriptura sacra copularentur. De his fere omnibus capitibus aut cessat controversia, aut arbitri aequi iudicium facile interponitur; si mediatis operationes divinas h. e. pendentes unice a vi intrinseca veritatis eiusque usu legitimo statuas nobiscum, ac teneas, nunquam deesse rebus humanis benevolentiam f. gratiam divinam; eaque fieri, primum ut admiracula pietatis ac felicitatis Christianae i. e. veritas Chr. praesto sit, deinde, ut hoc monitore homines intelligent primum, quid agere debeant, quid sperare possint; quo modo, quo fructu animus emendetur; deinde his notitiis adficiantur ac excitentur, denique sic affecti atque incitati expetant, bona et quaerant ac peragant; denique ut in usu doctrinae legitimo studium integrum successu haud destituatur ac res externae studium virtutis secundent. (cf. §. 338.) Qua observatione illi quoque refelluntur, qui operationis huius modum inexplicabilem esse contendunt atque μυστηριώδες eius, (mystici) contendunt.

p. 630.

p. 630. l. 20. per doctrinam) Evangelii.

— — l. 2. a fine cum suis) inter quos *Iulianus* facile princeps est.

p. 631. l. 15. post *spirituales*, infere: (gratiam internam).

p. 642. lin. 10. emenda: *alii v. c. Suarez a congruitate* repetebant, qua illa vis divina indoli, loco, tempori reliquisque adiunctis hominis ita esset accommodata, ut non possit non consentire, a quo non differt *Thomassini* sententia, urgeri hominem multitudine, varietate et conspiratione auxiliorum, a Deo coniunctorum, ut cum singula possint repudiari, cunctis nequeat resistere.

p. 643. lin. 17. inserta sunt: In quo, si quid verius pereft, intelligitur, Deum, cum sint duo potissimum, quae nos a bono retrahant, ignorantia et concupiscentia. s. delectatio rerum terrestrium, utriusque impedimento obicem ponere atque efficere, ut ignorantia cefset, et cognitione ac delectatione rerum coelestium i. e. ipsis veritatis animus concupiscentiam vincat. cf. ENG. KLÜPFEL *instit. theol. dogm. T. II. Vindob. 1789. p. 259.* Sed non declaratur, qua ratione Deus hoc efficiat.

p. 644. adde a fine Observat. Si qui fuerint, quibus neutra hypothesis arriserit, sive quia quaelibet difficultatibus laborat, sive quia non attinet, partibus diversis, nec sine odio et invidia pugnantibus, immisceretur non est, quod moderatione sua et prudentia amittant. Vere Ven. MORVS et composite ad hanc causam *epit. Chr.*

Chr. p. 208.): Non magis in hac re, quam in vitae communis incepitis ullis, opus est anxie definire, quid et quantum Deus atque homo faciant; ubi aut quando Deus aut homo incipiat ac definat, Deus solus agat, s. homo aliquid, conserat. Vtiamur doctrina, — freti simul eo, Deum studia nostra secundaturum esse, ut doctrina, quae nos erudire et emendare potest, — etiam revera, secundante Deo usum doctrinae, eruditac et emendet. Eodem quoque inclinare video STEPH WIEST, Catholicae doctrinae addictum, virum multae doctrinae et moderationis, in demonstr. dogmatum catholicorum Tom. VI. p. 274. sq. (Euystad. 1789.) cum asserit, nec necessarium esse quoddam systema Scholasticum, nec utilitate commendari.

p. 645. adde: Obs. 7. Nonne autem satius sit, cum mysticis modum operationis inexplicabilem dicere? nec altercari de re, plane μυστηιωδη? Non videtur, nisi simul fatearis, omnem agendi in rebus humanis modum numinis nobis esse impervium. Plerumque enim ad mysteria confugitur per inscitiam et tarditatem, quae rerum causas animadvertere neglit. Nec sine periculo acquiescit in spe operationis divinae, quae nulla re externa nec nostris studiis adiuvetur. Ac quanto quis prudentior et in rebus suis cantior factus est, tanto certius et scit ipse et declarare potest, qua ratione veritas sibi innoverit, animum occupaverit, vicerit peccati vim et rel.

§. 346. sic ab initio definitur: Primum Iesus instituit, ut quicunque sive Iudei, sive e

gen-

gentilibus, instruēti essent religionis Christianae
veritate eamque amplecti vellent et cooptari
in societatem Christianam, *baptismi* ritu &c.

p. 649. ad Obs. 3. adde: Unum quaeri possit, utrum
institutio baptismi ad eos tantum pertinuerit, qui ab alienis
factis ad Christiana accederent, an ad omnes eos,
qui, nati quoque et instituti in societate Christiana, se
huius cives fatentur. Hoc quidem non ausim negare, si
ve propter Christi decreta *Ioh.* 3, 5. coll. *Gal.* 3, 27.
28. *Rom.* 6, 3. sive propter similitudinem cum circumci-
sione, qua eos quoque uti decuit, qui nati inter Iudeos
vellent populi divini confortio frui.

p. 650. l. 7. post *immergendi* insere: qui Sec. XIII.
adhuc communiter observatus est. v. Thom. de Aq. III.
Qu. 66. Art. 8.

p. 652. lin. 21. post *continuatur*, adde: adeoque
trium, cum quibus nobis religionis vinculum intercedit.

§. 349. in posteriore parte sic mutavimus:
quae vis, cum semper coniuncta sit cum affectio-
ne baptismi, adiuncta summae Evangelii, quae
promissionibus et legibus continetur, multo
etiam maior est apud eos, qui vere credunt,
ac parent veritati, cuius assensum in baptismō
pro-

profitentur: e quo ipso magna eius commen-
datio et sapientiae divinae laus deducitur.

p. 657. lin. 19. lege: Ac sacrae quidem literae nus-
piam ad baptismum sine adjunctione beneficium aliquod,
quod ad animum pertinet, referunt. Iohannis quidem
ministerium commendat *Marc. 1, 4.* Βαπτισμα εἰς ἀφε-
σιν ἀμαρτιῶν, sed adjuncta μετανοίᾳ. Christus salu-
tem promittere iubet baptizatis *Marc. 16, 15, 16.* sed ea
conditione, ut fides adjungatur.

p. 672. Obs. 2. lege: *Effeſus*, adeoque consilium
probabile, baptisimi &c.

ibid. lin. 6. a fine post: usus N. T. lege: *Marc.*
9, 37. frequens ac constans demonstrat, ipsaque oratio
Christi postulat: nam profiteri religionem et ad apostoli-
am adigi (*τηννδαλιζεθαι*) non cadit in insanum re-
cens natum.

p. 673. l. 9. adde: cf. COTTA ad *Gerhardi LL. T.*
IV. et *LL. Symbol.* p. 554.

ibid. l. 14. post *melioris* infere: ac ius habere, ab
iis postulandi, ut curam nostri agant, nobisque bona Chris-
tiana, pro amore erga nos, socios et συμπολιτας, pro-
curent: magnum &c.

p. 676. l. 6. interpretantis) cf. M. CHEMNITHI *LL.*
th. P. III. p. 148.

§. 354. lege: *quatuor momenta.*

a fine §. subiunge: quarto, ut *solemnis frui-*
tio panis et vini sit.

p. 683. post Obs. 3. insere Obs. 4. *Solemnitatem*
duo constituunt, celebratio in conventu 1. Cor. II, 20 —
 34. (qui etiam loco privato esse potest) et *consecratio i-*
c., invocatio Dei, gratiarum actione et precibus, ut in-
telligatur, ritum esse ex genere religiosorum nec commu-
ni et profano epulo quenquam adsidere.

p. 684. Obs. 5. (iam 6.) sic reformatur: *Consecra-*
tionis formulae diversissimae semper fuere: nec constans
eorundem ubique rituum accessoriorum observatio fuit. V.
 H. RIXNER &c.

p. 687. lin. penult. insere: *Consentit, de quo val-*
de laetor, in hanc interpretationem Ven. MORVS, ex-
ponens verba illa: dum ego vobis porrigo hunc cali-
cem, dum vos inde bibitis: reddo vos participes foede-
ris novi et antiquo foedere solvo, et vos ingredimini
novum foedus. Epit. inst. Chr. p. 236.

p. 689. deleta ultima periodo, additur: *Quomodo*
aut necessaria esset aut apta admonitio, hoc peragendi in
sui memoriam, si esu et bibitione nihil aliud commendan-
retur, quam mente capere fructum mortis Christi, quod
sine memoria eius nequit existere: Quomodo denique
poena digni possent haberi, qui sic edunt ac bibunt, si
hoc est, frui doctrina Chr. ut animi paulo et eius bona
ad se derivare? Diversus igitur unius formulæ sensus est:

Död. Access.

G

alter,

alter, quem oratio Christi apud Iohannem offert, metaphoricus; proprius alter in sacra Coena.

p. 690. lin. 18. lege: *panis s. rei adspectabilis cum inadspectabili, i. e. corpore Christi.*

§. 357. in parte posteriore ita effertur: nec enim eam Apostoli perspicue docuisse videntur, nec antiquitas Christiana ante controversias ferius, Seculo demum IX. et sqq. exortas, quidquid definivit, nec denique ulla hypothesis, sive Zwinglii et Calvini allegorica ratio, sive Pontificiorum transubstantiatio, sive Lutheri realis et substancialis praesentia corporis et sanguinis Christi, unitorum sacramentaliter cum pane et vino, quae medium viam inter Calvinianas et Romanas hypotheses ingreditur, et figuram pariter ac μετεπιστωτιν repudiat, sive denique aliae definitiones recentiorum quorundam, a gravibus et molestis difficultatibus liberabuntur.

p. 698. lin. 10. adde: Non defuere tamen, 4) qui panem et vinum *figuras* corporis et fang. Christi appellarent V. TERTVLL. c. *Marcion* I, 14. 4, 40. Hinc 5) via patet &c.

p. 701. lin. 3. a fine, lege: vel propter sensus verborum institutionis proprietatem, quam urgebat, nam profecto formula, hoc est corpus meum, exhibativa est:

quod

quod autem exhibet Christus, id promittit, nec spem et expectationem fallit vel &c.

p. 702. lin. 7. post *repetierunt* adde: (quanquam alii nollent fidem suam huic quaestioni subtili instruere. cf. Praef. libr. Concord. p. 6.)

p. 704. lin. 1. infere: Itaque sacramentalem praesentiam dixere, i. e. quae tantum in hoc sacramento occurrat, nec habet exemplum simile.

p. 705. lin. 3. adde: Ceterum ut Lutheri hypotheses, Zwinglianis et Romanis oppositae, rite intelligantur, conferre iuvat, quae Ven. Plank, ex historia, optima magistra, illustravit in *Geschichte des Protest. Lehrb. T. I - III.*

§. 359. a fine adde duo verba: observantis ritum.

§. 360. paucitate) et simplicitate rituum praescriptorum.

p. 709. a fine Obs. 1. adde: Interim confirmationem baptizatorum nupsiam videmus praescribi, et si laudabilem ritum multi nostrates, non sine emolumento, conservant; poenitentiae sacramentum s. absolutionem, adhibita ceremonia externa, ignorant Sacrae literae, quae μεταποίησιν praedicare iubent; ordinationis ritum apostolica aetas tenuit forsan, sed citra effectum salubrem, qui ad animum pertineret; matrimonium non est ritus, s. actus

G 2

sed

sed status, nec proprius Christiano, nec pertinens ad religionem: *unctio* autem, quam *Iac. 5, 14.* commendat, plane differt consilio et effectu ab *extrema*, usitata in eccllesia Romana. cf. *Apol. A. C. p. 200.*

p. 720. in Obs. 2. dele verba in parentesi posita.
Locum obscurum — postulant.



93823

X243 2206

B.I.G.



D. JOH. CHRISTOPH.
DODDERLEIN

ACCESSIONES

AD NOVISSIMAM
SIVE
QUINTAM EDITIONEM
INSTITUTIONIS THEOLOGI
CHRISTIANI
POST QVARTAM
SEPARATIM EDITAE.

GVM PRIVILEGIIS SACR. CAES. MAIESFATIS ET
ELECTORIS SAXONIAE.

NORIMBERGAE ET ALTORFI
SVMTV MONATH ET KVSSLER
MDCCCLXXXII.